BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
5 H
9

28
C

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

26
A
49
13-25.B.35

[redacted]

su precio de libro tray — — 130 —

PRAXIS
IVRISPATRONATVS

Acquirendi, conſeruandiq; illud; ac amittendi modos breuiter continens.

Epiſcopis, Vicarijs, Aduocatis, cæteriſq; in Foro Eccleſiaſtico verſantibus permaximè vtilis, ac neceſſaria.

AVCTORE
IVLIANO VIVIANO PISANO I. V. D.
Primatialis Piſanæ Eccleſiæ Decano, Protonotario Apoſtol. & olim in Patrio Gymnaſio Sacrorum Canon. Profeſſ.

Addito locupletiſſimo rerum, & verborum Indice.

Ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Principem
IOANNEM BAPTISTAM LENIVM
S. R. E. CARDINALEM AMPLISS.



ROMÆ, Apud Bartholomæum Zannettum, M. DC. XX.
Cum Priuilegio, & Superiorum Permiſſu.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſſ. P. Magiſt. Sacri Palatij Apoſtolici.

Cæſar Fidelis Viceſg.

EGo infraſcriptus ex commiſſione Reuerendiſsimi P. Fr. Hyacinthi Petronij Sacri Apoſtolici Pal. Mag. Librum inſcriptum Praxis Iuriſpatronatus,&c. legi, & nihil reperi, quod vel bonis moribus, vel religioni aduerſetur. In quorum fidem, &c. Kalendis Nouembris. 1619.

Ita eſt. Angelus Lucianus I. V. D. & in Gymnaſio Almæ Vrbis Pontificij Iuris Profeſſor Ordinarius.

Cæſar Fidelis Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Gregorius Donatus Romanus, Mag. Socius Reuerendiſs. Patris Fr. Hyacinthi Petronij Sacri Palatij Apoſtolici Mag. Ord. Præd.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.

PRINCIPI
IOANNI BAPTISTAE
LENIO
S. R. E. CARD. AMPLISS.

IVLIANVS VIVIANVS
Decanus Piſ. F. P.

VT genita hæc, quæ cæli ambitu continentur, Princeps Illuſtriſsime, Sole viuificantur vniuerſa; ſic animorum fœtus collucentium Heroum fulgore. Cùm itaque Praxis hæc, quæ meo ſatu genita nec viuere, nec creſcere poſſet abſque Solis efficientia, in Solem Illuſtriſsimi nominis Tui,

Tuarumque Heroicarum Virtutum ſponte ſua procedat; præuidens fore, vt & Tuo calore foueatur, & ſplendore colluſtrata augeſcat: ipſe quoque eius impetum ſequor, Tibique Vir Illuſtriſsime, ac Nomini Tuo eandem volens & libens offero, ſimulque hunc animum meum totum dico. Neque operis exilitate reuocor: quippe nouerim, Te munera quamuis exigua honorifice, atque hilariter accipere ſolere, & quicquid Tibi dicatum eſt, benigne ſemper, & fouere, & tueri. Quamobrem Deum Optimum Maximum ex animo iugiter precabor, vt Amplitudini Tuæ vitam tribuat, non minus diuturnam, quam incolumem, & Beatam. Vale. Piſis Calendis Septembris. M. DC. XIX.

AVCTOR LECTORI.

SCRIPTVM reliquit Diuus Bernardus in ſuo libro de Ordine vitæ, Sequatur conuerſationis electio, vt adiungatur probatiſſimis quibuſque ſenioribus; nam vt æqualium vſus dulcior, ita ſenum tutior eſt, qui magiſterio quodam, & ductu vitæ colorant mores adoleſcentium, & veluti murice probitatis inficiunt: nempe ſi hi, qui ſunt ignari locorum cum ſolertibus viarum iter adoriri geſtiunt, quanto magis adoleſcentes cum ſenibus debent nouum iter ſibi aggredi, quominus errare poſſint, & à vero tramite virtutis deflectere? nihil enim pulchrius, quam eos, & magiſtros vitæ habere, & teſtes. Patet ſiquidem nullam artem addiſci abſque magiſtro: ſi enim animalia, feræ, aues, & apes duces habent, ſuoſque ſequuntur Principes, quanto magis homines ſine datore, & rectore eſſe non poſſunt? Inde cauendum eſt, ne adoleſcentes ſine duce ingrediantur viam, quam nunquam ingreſſi ſunt, & in partem alteram declinantes errores patiantur. Huius ſanctiſſimi viri dicta ſecutus, Magiſtros, & Duces viros clariſſimos de iurepatronatus tractantes elegi, & ante oculos propoſui, illorumque dicta, & tractatus præ manibus habere ſtudui; ex quibus apum exemplo carpſi quicquid

boni in hoc opere reperitur : ingenui ſiquidem hominis eſt fateri per quos ipſe profecerit . quod mihi vtilitatem , alijs attulit adiumentum . Ea de re iuriſpatronatus materiam ad Praxim redigere curaui , & viam hanc ſum ingreſſus , iterque tandem impleui his ducibus , his magiſtris , vt errores effugerem , & ſecurus viam perficerem ; ſatis eſſe ducens aliorum dicta potius recenſere , quam noua in medium , vel non vtilia proponere , vel non bene dicta . Vtilitas etiam huius materiæ iuriſpatronatus me incitauit ; cùm enim frequentes in Iudicijs de iurepatronatus ſint controuerſiæ, opportunum iudicaui ad Praxim omnia reducere , vt facile quiſque præ manibus habere poſſet digeſtam hanc materiam tanquam lumen proueniens à maiori lumine;fateor enim vniuerſam hanc praxim veluti paruum lumen mutuatam eſſe lucendi , & illuminandi facultatem à maiori lumine Clariſſimorum virorum , qui de iurepatronatus tractatus ediderunt . Quamuis enim fruſtratorium ſit Solem facibus adiuuare,fructuoſum tamen eſt Solis luce radiari, & illuſtrari. Id autem ſatis mihi erit , ſi lector laborem meum hunc non contempſerit , ſed benigno animo recipiens , quod boni fuerit ab Omnipotenti Deo veniſſe teneat , & quod mali à me & iuuentuti parcere non dedignetur.

INDEX

INDEX
LIBRORVM, ET CAPITVM
Praxis Iuriſpatronatus, & Partium eiuſdem.

Pars prima quæ continet modos acquirendi iuſpatronatus.

Liber primus. Quid ſit iuſpatronatus.

Cap. vnicum, in quo declaratur definitio iuriſpatronatus.

Lib. 2. continens quomodo iuſpatronatus creetur, & acquiratur.

Cap. 1. quomodo creetur iuſpatronatus.

Cap. 2. quomodo acquiratur ius patronatus per fundantes, conſtruentes, ſeu dotantes.

Cap. 3. Iuſpatronatus acquiritur re perfecta.

Cap. 4. Quæ dos debeatur Eccleſiæ, & quando tradi debeat.

Cap. 5. Quid ſi Eccleſia ſit ſine dote, & ab aliquo dotetur, an talis dotans efficiatur patronus.

Cap. 6. Omnes poſſunt acquirere iuſpatronatus, qui non ſunt prohibiti.

Cap. 7. Quid dicendum de Eccleſia matrice, intra cuius limites fundatur Eccleſia, an matrix efficiatur patrona nouæ eccleſiæ.

Cap. 8. An fundantes, conſtruentes, ſeu dotantes Eccleſias, ſeu Cappellas poſſint ſibi aliquid reſeruare, vel conditionem apponere in fundatione.

Cap. 9. Quando competat iuſpatronatus, ſeu ius præſentandi ei, qui non eſt patronus, etiam ſi non fundauerit, conſtruxerit, vel dotauerit.

Lib. 3. continens in quibus eccleſijs, cappellis, beneficijs, vel alijs pijs locis cadat iuſpatronat.

Cap. 1. Iuſpatronatus haberi poteſt in eccleſijs cathedralibus, monaſterijs, in eccleſijs curatis, in Cappella, Altari, & Baſilica.

Cap. 2. Iuſpatronatus haberi poteſt in Hoſpitali, Oratorio, Collegio, & ſedilibus.

Lib. 4. continens quomodo iuſpat. transferatur de vno in alium.

Cap.

Cap.1. Continet modos, quibus iuſpatronatus transfertur.
Cap.2. Quomodo iuſpatronatus tranſeat ad hæredes, & quos.
Cap.3. Quomodo iuſpatronatus trãsferatur ex permutatione.
Cap.4. Quomodo transferatur iuſpatronatus ex donatione.
Cap.5. Quomodo transferatur iuſpatronatus per venditionem Vniuerſitatis.
Cap.6. Iuſpatronatus an poſſit concedi in feudum.
Cap.7. Iuſpatr. an poſſit cum Vniuerſitate obligari, ſeu dari in dotem.
Cap.8. Quomodo per præſcriptionẽ trãsferatur iuſpatronat.
Pars ſecunda continens modos conſeruandi iuſpatronatus.
Liber 5. in quo tractatur de fructu iuriſpatronatus, ſcilicet de præſentatione.
Cap.1. Quid ſit præſentatio, prouiſio, poſtulatio, nominatio, electio, & commendatio.
Cap.2. Omnes poſſunt præſentare, qui non ſunt probibiti.
Cap.3. De exiſtentibus in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, & iuris præſentandi, & de eorum præſentatione.
Cap.4. Vacante Eccleſia patronus, vel quaſi poſſidens per ſe, vel per procuratorem, Rectorẽ præſentare debent, & de procuratore conſtituto ad præſentandum.
Cap.5. Præſentatio non cadit in Eccleſijs Collegiatis.
Cap.6. Præſentatio non habet locum, niſi vacet beneficium patronatum.
Lib. 6. in quo tractatur materia præſentandorum.
Cap.1. in quo habetur, quod omnes poſſunt præſentari, qui non ſunt prohibiti.
Cap.2. Regulares præſentantur ad beneficia regularia.
Cap.3. Mulier non poteſt præſentari, & an laicus, vel filiusfamil. præſentari poſſint.
Cap.4. Seruus infidelis, & illegitimus non poſſunt præſentari, nec etiam irregularis.
Cap.5. Beneficiatus vnius beneficij, an poſſit ad aliud beneficium præſentari, & an duo ad idem beneficium præſentari poſſint.
Cap.6. An debeat præſentari clericus Diœceſanus, non autem alienigena.
Cap.7. Quæ ætas requiratur in præſentandis.
Cap.8. Clericus patronus non poteſt ſe ipſum præſentare.
Cap.9. Enumerantur criminoſi qui præſentari non poſſunt.

Cap.

Cap. 10. *Qui ſint illi, qui tanquam idonei, & digni poſſunt præſentari, & quid de præſentante minus idoneum, vel indignum.*

Cap. 11. *Præſentari debet clericus præſens, non abſens.*

Lib. 7. *in quo continetur materia temporis, quo fieri debet præſentatio.*

Cap. 1. *Intra quod tempus fieri debeat præſentatio.*

Cap. 2. *Quando incipiat currere patronis tempus datum ad præſentandum.*

Cap. 3. *Si lis ſit occaſione iuriſpatronatus, intra quod tempus ſit terminanda.*

Cap. 4. *Quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre, quomodo computetur, & an ſit ſemper continuum, & quid ſi præſentatus non conſentiat præſentationi, an habeat patronus nouum tẽpus.*

Cap. 5. *Quid requiratur quando pro patrono præſentat eius procurator, & quid in præſentato.*

Cap. 6. *Quid ſi patronus erret præſentando coram Ordinario cum deberet præſentare coram alio, & an præſentatio præſumatur facta tempore debito.*

Cap. 7. *An Ordinarius poſſit abbreuiare tempus datum ad præſentandum.*

Cap. 8. *Tempore vacationis, ad quem pertineat Eccleſiæ cuſtodia.*

Cap. 9. *Quid agendum ſtante diſcordia inter patronos cum ſcandalo.*

Lib. 8. *In quo continetur, vbi, & qualiter fieri debeat præſentatio.*

Cap. 1. *Præſentatio infra quod tẽpus, & quo loco facienda ſit.*

Cap. 2. *Qualitèr fieri debeat præſentatio à populo, à Collegio, vel à patronis particularibus.*

Cap. 3. *Quis debeat facere conuocare Collegium, quando iuſpatronatus pertinet ad Collegium.*

Cap. 4. *Iuſpatronatus ſi ſpectet pro parte ad Collegium, & pro parte ad alium exiſtentem de Collegio, quomodo fiat præſentatio.*

Cap. 5. *Quæ actio competat patronis contra impedientes eos præſentare.*

Cap. 6. *Quomodò facienda ſit præſentatio, an præſentari poſſint plures, & numquid præſentatio poſſit compromitti, vel fieri ſub conditione.*

Cap. 7. *Ponitur forma præſentationis.*

Cap.8. Præſentatio fieri debet, coram habente inſtituere, & præſentatus debet præſentationem acceptare.
Cap. 9. Præſentatus habet ius ad rem, non in re.
Lib.9. continet quid agendum ſit ab habente inſtituere, coram quo fit præſentatio.
Cap. 1. præſentatio quomodo admittenda ſit ab habente inſtituere.
Cap. 2. ponitur forma edicti continentis præſentationem.
Cap. 3. nunquid lapſus peremptorij in edicto appoſiti excludat non comparentem intra dictum terminum.
Lib.10. in quo cõtinetur materia variationis in præſentando.
Cap. 1. patronus laicus poteſt variare, & plures ſucceſſiue præſentare, non autem patronus eccleſiaſticus.
Cap. 2. quando patronus laicus promiſit vnum præſentare, an poſſit variare.
Cap. 3. ſicut patronus poteſt variare, ita eius procurator, & quomodo fiat variatio.
Cap. 4. variatio permittitur, ita tamen, vt vltra duos nõ fiat.
Cap. 5. quid agendum quando habens inſtituere abſque cauſa non admittit præſentationẽ.
Lib.11. continet materiam fabricationis proceſſus pro aſſequenda inſtitutione.
Cap. 1. Petitio inſtitutionis à quo fiat, & quomodo, & quid Iudex diſcutere debeat.
Cap. 2. Quæ apponi poſſint contra præſentantes, ſeu præſentatos.
Cap. 3. Quid agendum, ſi Superior ſpernat præſentationẽ, & ad quid teneatur dictus Superior tali caſu.
Cap. 4. In diſcuſſione præſentationum citari debent contradictores certi ſpeciali citatione, incerti edicto generali.
Cap. 5. Quomodo probetur iuſpatronatus antiquum.
Cap. 6. quomodo probetur iuſpatronatus moderuum.
Cap. 7. quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus, ſeu iuris præſentandi quomodo probetur.
Cap. 8. quomodo probetur præſentatio, & inſtitutio.
Cap. 9. quæ exceptiones proponi poſſint contra probationes iuriſpatronatus, & iuris præſentandi, & de proceſſus publicatione.
Cap. 10. In tali cauſa poſſunt reprobari teſtes.
Cap. 11. In huiuſmodi iudicio non eſt neceſſaria conclu-

cluſio in cauſa.
Cap. 12. in tali Iudicio neceſſaria eſt ſententia diffinitiua, & ab ea poteſt appellari.
Lib. 12. in quo declaratur materia inſtitutionis.
Cap. 1. quid ſit inſtitutio.
Cap. 2. inſtituendi poteſtas regulariter penes Epiſcopum reſidet, ſeu eius Vicarium.
Cap. 3. Ius inſtituendi poteſt competere etiam Prælatis inferioribus.
Cap. 4. inſtitutio debet fieri poſt præſentationem ſeruata forma Iuris.
Cap. 5. Inſtitutio facta ſpreto patrono nunquid ſit ipſo iure nulla, an vero ſit annullanda.
Cap. 6. habenti inſtituere nullum eſt à iure tempus præfinitum ad inſtitutionem faciendam.
Cap. 7. Inſtitutio poteſt fieri quocunque die, & quocunque loco honeſto, & etiam extra territorium inſtituentis.
Cap. 8. Inſtitutio facta per errorem, vel per metum, vel non canonice non tenet.
Cap. 9. inſtitutio poteſt iterari.
Cap. 10. habens inſtituere, ſi fiat patronus, vel ex iure deuoluto debeat beneficium conferre, nunquid hæc vnico actu expediat.
Cap. 11. qui debeant inſtitui, vel reijci.
Cap. 12. quis inſtitui debeat quando plures à diuerſis patronis fuerunt præſentati.
Cap. 13. quis debeat inſtitui quando duo æqualiter fuerunt præſentati, vel alter eſt magis idoneus.
Cap. 14. Stante duorum præſentatione an debeat præferri is, qui eſt de linea fundatoris, vel Diœceſanus, vel compatronus, nobilis, potens, literatus, vel bonus.
Cap. 15. nunquid in inſtitutione ſit præferendus præſentatus à pupillo, vel præſentatus ab eius tutore.
Cap. 16. Beneficium iuriſpatronatus nunqid dari poſſit in commendam, & an habens inſtituere poſſit inſtituere abſq; patronorum præſentatione.
Lib. 13. continet materiam actualis inſtitutionis, eiusque formam.
Cap. 1. quibus verbis ſit inſtitutio, & an requiratur ſcriptura, & numquid abſens per procuratorem poſſit inſtitui.
Cap. 2. per inſtitutionem quid transferatur in inſtitutum.
Cap. 3. cuius expenſis fiat electio,

ctio, ſeu inſtitutio.

Cap. 4. ponitur forma litterarum Ordinarij continentium inſtitutionem.

Pars 3. Iuſpatronatus amittendi modos continens.

Lib. 14. in quo continetur materia derogationis iuriſpatronatus.

Cap. 1. Legatus à latere nunquid conferre poſſit beneficia iuriſpatronatus.

Cap. 2. Summus Pontifex conferre poteſt omnia beneficia, etiamſi ſint iuriſpatronatus; & quando per litteras Apoſtolicas dicatur derogatum iuripatronatus.

Cap. 3. quando patroni ex conuentione alternatim præſentant, cui cenſeatur præiudicatum per Papæ derogationem.

Cap. 4. quando ſoleat, & in quibus caſibus Summus Pontifex derogare iuripatronatus.

Cap. 5. Quomodo expediatur præſentatio, quæ fit per patronos regulares ad eccleſiam parochialem.

Lib. 15. in quo continetur quomodo amittatur iuſpatronatus vere.

Cap. 1. Iuſpatronatus aliquando amittitur abſque delicto patroni.

Cap. 2. Iuſpatronatus amittitur aliquando ex delicto patroni.

Cap. 3. Iuſpatronatus amittitur, ſi patronus ſe ingerat in perceptione fructuum beneficij patronati.

Cap. 4. & vltimum. clericus beneficiatus ad quid teneatur reſpectu beneficij duntaxat.

Finis Indicis Partium, Librorum, & Capitum.

Vias

Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me.

PRAXIS Iuriſpatronatus acquirendi, conſeruandique illud, ac amittendi modos breuiter continens.

Auctore Iuliano Viuiano Piſano I. V. D. Primatialis Eccleſiæ Piſanæ Decano, Protonotario Apoſtolico, & olim in Patrio Gymnaſio Sacrorum Canonum Profeſſore.

OPERIS DIVISIO.

Quoniam diuiſio animum incitat, mentem præparat, & memoriam reformat, vt dicit gloſ. in §. Igitur. in verbo, Eaſdem. in fine, in proœmio inſtitut. Ideo materiam huius Praxis Iuriſpatronatus in tres partes diuidere propoſui, imitatus Vlpianum Iureconſultum dicentem, totum ius conſiſtere, aut in acquirendo, aut in conſeruando, aut in amittendo. Ita in hac Praxi de acquirendo, conſeruando, & amittendo Iurepatronatus pertractabo, imitatus etiam Petrum Rebuffum, qui ſuam Praxim beneficiariam ita diuiſit. Tres igitur erunt partes huius Praxis.

IN

IN PRIMA PARTE
TRACTABITVR

DE modis acquirendi iuſpatronatus: & primo loco, quid ſit iuſpatronatus; quomodo creetur, & acquiratur, & in quibus locis, & quomodo transferatur.

IN SECVNDA PARTE.

DE modis iuſpatronatus conſeruandi, ſcilicet de præſentatione, quæ, coram quo, vbi, & quando, & quomodo fiat, & de inſtitutione.

IN TERTIA PARTE.

DE modis iuſpatronatus amittendi, ideſt de derogatione iuriſpatronatus, & quando id ſine delicto, vel cum delicto amittitur; & demum tractabitur, ad quid teneatur clericus beneficiatus ratione beneficij. Et ſic tota hæc praxis in quindecim libros diuiditur, & quilibet liber in ſua capita.

PRA-

PRAXIS IVRISPATRONATVS PARS PRIMA

Continens modos acquirendi Iuſpatronatus.

LIBER PRIMVS.

QVID SIT IVSPATRONATVS.

CAPVT VNICVM,

In quo ponitur definitio Iuriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus eſt terminus æquiuocus cum ſit triplex.*

2 *Ponitur communis definitio Iuriſpatronatus competẽtis in Eccleſia.*

3 *Iuſpatronatus eſt ius, ideſt quid incorporale.*

4 *Iuſpatronatus eſt ius partim ſpirituale, partim tẽporale*

5 *Iuſpatronatus eſt ex gratia conceſſum, & indiuiduum.*

6 *Iuſpatronatus eſt diuiduũ quoad ius præſentandi.*

7 *Iuſpatronatus aliud eſt clericorum, aliud laicorum.*

8 *Patronus honorem recipit ex præſentatione, & honorari debet in Eccleſia, & proceſſionibus.*

9 *Ordinarius non poteſt abbreuiare tempus datum patronis ad præſentandum.*

10 *Iuſpatronatus eſt ius oneroſum, & patronus tenetur Eccleſiam defendere, & habilem præſentare.*

11 *Iuſpatronatus eſt ius vtile, & patronus pauper eſt alendus de bonis Eccleſiæ, dummodo alatur prius beneficiatus, & ſeruitia ſolita Eccleſiæ præſtentur.*

12 *Quæ veniant appellatione alimentorum.*

13 *Eſt vtile alijs de cauſis.*

14 *Iuſpatronatus competit maſculo, & fœminæ.*

15 *Item illegitimis.*

16 *Pupillo, & infanti.*

17 *Filij familias habent vocem in præſentando ſeorſum à patre habitantes, quando Iuſpatronatus competit Vniuerſitati.*

18 *Quando Iuſpatronatus cõpetit patri, eo viuente filius nullam habet vocem.*

19 *Iuſpatronatus poteſt haberi in Eccleſia Cathedrali.*

20 *Item in Collegiata.*

21 *Item numquid in Eccleſia Conuentuali Regularium.*

22 *Item in Hoſpitali.*

23 *Item an in Sepulchro.*

24 *Iuſpatronatus acquiritur, ſi adſit conſenſus Epiſcopi, vel Diœceſani.*

25 *Idem conſenſus requiritur, quando Iuſpatronatus tranſfertur de vno in alium, niſi tranſeat cum Vniuerſitate.*

26 *Etiam inferioris conſenſus requiritur habentis iura Epiſcopalia.*

27 *Capitulum Eccleſiæ Piſanæ tanquam Ordinarius inſtituit, & conſenſum præſtat in quibuſdam beneficijs.*

28 *Si Ordinarius nolit dictum conſenſum præſtare, quid agendum.*

29 *Et ſi dubitetur de dicto conſenſu, ex diuturnitate temporis præſumitur.*

30 *Conſenſus Epiſcopi loci, vbi fundatur Eccleſia requiritur.*

31 *Sede Epiſcopali vacãte Capitulum dictum conſenſum præſtat, nec per dictum conſenſum ſit patronus, qui vere non eſt.*

32 *Quando quis dicatur Eccleſiam fundare.*

33 *Ex ſola fundi aſſignatione non efficitur quis patronus in totum.*

34 *Eccleſia deſtructa, ſi de nouo ædificetur, qui primo fundauit non eſt patronus.*

35 *Si fundans velit etiam conſtruere, & dotare non admittitur alius.*

36 *Fun-*

36 *Fundi, & aliorum aſſignatio fieri debet cum Epiſcopi conſenſu.*

37 *Si inſcio domino fundi in eo fundetur Eccleſia, & dominus poſtea ratum habeat, efficitur patronus.*

38 *Fundans, conſtruens, & dotans Eccleſiam, nec dicens ſe velle eſſe patronum, tamen fit patronus.*

39 *Reſeruans ſibi iuſpatron. cenſetur etiam ſuis hæredibus reſeruaſſe.*

40 *Habens ius ſuper fundo, vel vtile, vel directum dominium ſi conſentiat ædificationi Eccleſiæ, efficitur compatronus.*

41 *Quis dicatur conſtruere Eccleſiam.*

42 *Ex ſola conſtructione Eccleſiæ non acquiritur Iuſpatronatus; ſed requiritur, vt alter det fundum, & alter dotet.*

43 *Si quis conſtruat poteſt cogi, vt dotet.*

44 *Patronus an quis fiat ex reparatione, vel refectione Eccleſiæ.*

45 *Si teſtator mandauit Eccleſiam conſtrui ſine temporis præfinitione, infra quod tempus ſit conſtruenda.*

46 *Si teſtator mandet Eccleſiam conſtrui in certo loco, ſi id effici nequeat, tenetur in alio conſtruere ad Epiſcopi placitum.*

47 *Si teſtator mandet Eccleſiam conſtrui; ſed teſtamentum ſit imperfectum, quid agendum.*

48 *Si Eccleſia ſit conſtructa, & ignoratur à quo, conſtructa præſumitur ex oblationibus fidelium.*

49 *Hodie per ſolam dotationem Capellæ erectæ in aliquo Altari alicuius Eccleſiæ acquiritur iuſpatr. in totum.*

50 *Affertur exemplum in Eccleſia Piſana de Capella Sancti Dominici, fundata à Ioſepho Mazzolio.*

51 *Si Eccleſia ſit indotata, ſi dotetur cum conſenſu Epiſcopi, dotans fit patronus.*

52 *Si Eccleſia ſit dotata, & alius dotem augeat non fit cõpatronus, niſi patronus, & Epiſcopus conſentiant.*

53 *Coactus dotare Eccleſiam quando efficiatur patronus.*

54 *Relinquens aliquid Eccleſiæ non fit compatronus, ſed dicitur benefactor.*

55 *Dotatio regulariter fit ante conſtructionem Eccleſiæ.*

56 *Quanta dos ſit Eccleſiæ aſſignanda.*

57 *In dotatione ſemper requiritur conſenſus Epiſcopi.*

58 *Si plures dotent, omnes æqualiter ſunt patroni.*

59 *Dotans Præbendam Cathedralis, vel alterius Eccleſiæ ſit patronus, cum conſenſu Epiſcopi, & Capituli.*

60 *Iuſpatronatus transfertur quatuor modis.*

61 *Primo per ſucceſſionem, & quomodo ſuccedatur an in ſtirpes, vel in capita.*

62 *Iuſpatr. non tranſit ad hæredes extraneos, quando in fundatione dictum fuit quod tranſiret ad hæredes ſanguinis.*

63 *Nec in fideicommiſſariũ.*

64 *Hæres licet non ſit miſſus in poſſeſſionem hæreditatis poteſt præſentare.*

65 *Secundo transfertur Iuſpatron. per permutationem.*

66 *Tertio, transfertur per donationem.*

67 *Donatarius an poſſit donantem præſentare.*

68 *Quarto, transfertur Iuſpatr. per translationem Vniuerſitatis, in qua ſit Iuſpat.*

69 *Vniuerſitas, quæ dicatur hoc in caſu.*

70 *In locatione Vniuerſitatis an tranſeat Iuſpatr.*

71 *Si Vniuerſitas ſit pignori data creditor pignoris præſentare non poteſt.*

72 *An ex confiſcatione bonorum alicuius tranſeat Iuſpatron. in Fiſcum.*

73 *Patronus in præiudicium ſuorum deſcendentium poteſt à ſe abdicare Iuſpatr.*

74 *Iuſpatronatus an poſſit præſcribi.*

75 *Si ſolus quis fundet, dotet, & conſtruat, ſolus eſt patronus, ſi plures omnes ſunt patroni.*

PRIMO igitur loco, Quæritur, quid ſit Iuſpatronatus & vt recte definiatur, opus eſt videre de quo Iurepatronatus loquamur, iuſpatronatus.

1 † enim eſt terminus æquiuocus, cum triplex ſit. Abb. in rubr. num. 1. de iurepatr. Primum namque eſt iuſpatr. libertorum, quod prouenit ex manumiſſione. c. liberti. & c. ſeq. 12. quæſt. 2. & toto tit. ff. de iurepatr. & de hoc nil ad nos. Secundum eſt iuſpatronatus re-

reſpectu Aduocatorum, qui dicũtur patroni cauſarum. c. vlt. ne cleric. vel mon. vbi gloſ. in verbo audiantur. l. rem non nouam. §. patroni. C. de Iudic. Tertium eſt iuſpatronatus, quod ſumitur pro iure competente in Eccleſijs quoad Rectoris præſentationem, & alia: & de hoc tertio nos loquimur, & de hoc habetur in toto tit. de iurepatr. in Decret. & in lib. 6. Decret. & in Clementinis.

2 Communis definitio iuriſpatronatus, de quo loquimur ponitur ab Abb. vbi ſupra num. 3. & ponitur etiam à Roccho de Curte de iurepatron. in princip. num. 3. vbi num. 4. addit in fine definitionis quædam verba. Ergo iuſpatronatus eſt Ius honorificum, onerosũm, & vtile, alicui competens in Eccleſia pro eo, quod de Diœceſani cõſenſu Eccleſiam fundauit, conſtruxit, vel dotauit ipſe, vel is, à quo cauſam habuit; ſolus, vel alio concurrente.

3 Iuſpatronatus † eſt *Ius*, ideſt quid incorporale, & intellectuale, quod oculis corporeis videri non poteſt, vt habetur in tit. de reb. corp. & incorpor. in Inſtitut. vel eſt ius, ideſt facultas quædam, ſicut dicimus vſusfructus eſt ius, ideſt facultas alienis rebus vtendi, fruendi. Inſt. de vſufruct. in princ. & actio eſt ius, ideſt facultas perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. Inſt. de act. in princip.

4 Eſt autem † iuſpatronatus ius partim ſpirituale, partim tẽporale; ſpirituale, quia vendi nõ poteſt. c. 16. de iurepat. eſt temporale, quia poſſidetur à laicis. c. primo de iurepatron. & melius dicitur huiuſmodi ius temporale annexum ſpirituali. c. quanto. de iudic. d. c. de iurep. Et regulariter regulatur, prout alia iura ſpiritualia. d. c. quanto.

5 & eſt ius † gratioſum, & ex gratia conceſſum. Abb. in c. 1. num. 4. de præbend. per tex. in c. 3. verſic. ſuſtinuit. de iurepatr. Lambertin. de iurepatron. lib. 3. q. 9. Card. Tuſcus prac. concluſ. iuris. lit. I. concluſ. 596. & hoc iuſpatronatus eſt indiuiduum. c. 1. de iurepatron. & ratio eſt, quia iuſpatronatus eſt quid incorporale, & incorporalia diuidi nequeunt. l. 1. §. ſi vſuſ-

fructus. ff. ad l. Falcid. & ſic eſt indiuiduum in ſubſtantia, & apud vnumquemque hæredem eſt inſolidum. gloſ. in d. c. 1. in verbo non debeat.
6 de † iurepatron. ſed eſt diuiduum quo ad ius præſentandi, præſentatio enim eſt penes hæredes pro rata, vt eſt ſimile de iuriſdictione, quæ aliquãdo eſt apud plures inſolidum; ſed exercitium eſt pro parte, c. prudentiam. in princip. de offic. deleg. ita Cardin. in Clement. plures. nu. 3. verſ. quia vero ad hæc
7 de iurepatron. Et † hoc ius eſt duplex, aliud eſt iuſpatronatus Eccleſiaſticum, quando Clericus habet illud nomine Eccleſiæ ſuæ, ſeu quando ipſa Eccleſia, vel aliqua Vniuerſitas, vel Collegium Religioſorum, ſeu Clericorum habet iuſpatronatus, Rota Romana de iurepatron. deciſ. 8. in antiquis; aliud eſt iuſpatronatus laicorũ, quando laicus, vel clericus ratione patrimonij ſui habet iuſpatronatus. gloſ. in d. Clemen. plures, in verbo præſentare; & quod alij dicantur patroni Eccleſiaſtici, alij laici, dicit text. in c. vnico. in fine. de iurepatron. lib. 6. & ſi Eccleſia, & laicus ſimul habeant iuſpatronatus, tale iuſpatronatus regulabitur vt eccleſiaſticũ. gloſ. ult. in d. c. vn.
8 *Honorificum.* id † importat honorem, quem habet patronus in præſentãdo Rectorem, quia ſine patroni præſentatione non poteſt Epiſcopus inſtitutionem dare regulariter, alias inſtitutio eſt nulla. c. decernimus 16. q. 7. Item importat honorem, quem habet patronus in eccleſia, quia præ alijs debet honorari. cap. nobis. de Iurepatron. debet enim patronus non ſolum præſentare Rectorem, ſed debet honorari in proceſſione, & prælatione. d. cap. nobis. Rector enim debet patrono ad Eccleſiam venienti obuiam ire, & in proceſſione poſt Prælatũ ante omnes laicos debet patronus incedere, & in pace, & thuribulo alijs præferri; & extra Eccleſiam debet Rector patronum honorare, illi aſſurgendo, illum ſalutando; neque debet patronum abſque venia ad ius vocare. argum. text. in l. vlt. ff. de in ius vocan. & in l. qui manumittit. C. de oper. liber.

Paul. de Citadinis de iurepat. parte 6. q. 2. & tenetur Rector pro patrono orare. Ludou. Rom. conſ. 339. non tamen per hæc patronus dicetur dominus Eccleſiæ, niſi abuſiue loquendo. Paul. de Citadin. vbi ſupra q. 12. & quando patrono auferretur talis honor, poteſt ab eo vendicari. c. Piſanis. de reſtitut. ſpoliat. vbi Innoc. & de his late Lambertin. vbi ſupra libro 3. q. 1. per omnes articulos dictæ quæſtionis. Aduertendum eſt tamen, quod textum in d. c. decernimus, ſex modis limitat Felin. in c. cum Bertoldus. num. 8. 9. & ſequentibus, de re iudic. & limitatur etiam quando præſentatus per patronũ eſt ſcandalo populo. c. quoniam. de iurepatr. vel quando non conſtat de iurepatronatus legitime: vel quando patronus eſt Eccleſiaſticus, vt infra dicetur;

9 nec † poteſt per Ordinariũ tempus quadrimeſtre, vel ſemeſtre conceſſum patronis ad præſentandum abbreuiari, præſertim quando patronus comparet, & vult vti tali beneficio. Felin. vbi ſupra num. 18. & ob talem honorem nihil fieri poterit in præiudicium patroni ſine eius conſenſu ab Epiſcopo, vel alio inferiore. Abb. in c. cum acceſſiſſent. num. 9. de conſtitut. quod tribus modis limitat Rocchus de Curte vbi ſupra in verbo honorificum. num. 10. 11. & 12.

10 *Onerosum*; & ſic † ex iure patronatus prouenit honor, & onus; patronus enim tenetur defendere Eccleſiam, & ſollicitudinem, & diligentiam adhibere, ne bona Eccleſiæ dilapidentur, poteſtque Epiſcopo denunciare Rectorem dilapidatorem, vel inhoneſtum. c. filijs, & c. decernimus 16. q. 7. Rocchus de Curte vbi ſupra, verbo oneroſum. nu. 2. & ſi patronus hæc negligat, & non faciat punitur, & remanet priuatus commodis, & fructibus prouenientibus ex iurepatronatus. Paul. de Citadin. vbi ſupra q. 1. in fine. Inſuper patronus habet onus præſentãdi magis idoneum quo ad forum conſcientiæ. Abb. in c. 3. de iure patron. num. 12. & habet onus præſentandi pauperem potius, quam diuitem. Hoſtien. in ſumma

tit. de iurepatron. §. in quibus differant. num. 11. in fin. Item tenetur patronus prouidere, vt recte Eccleſiæ prouideatur, & ordinata per fundatorem ſeruentur. Abb. in d. c. nobis. columna 3. de iurepatron. Paul. de Citadin. vbi ſupra q. vlt. quinti articuli. Et ſimiliter patronus debet ieiunare præcedenti die ante conſecrationem. ad tex. in c. quod à patribus. diſtinc. 75. & notatur in c. cum ſicut. de conſecrat. Eccleſ. vel Altar. et quamuis patronus habeat onera ſupradicta, nō tamen poteſt compellere Rectorem ad ſibi reddendum rationes, nec habet cuſtodiā Eccleſiæ vacantis, nec eius conſenſus requiritur in alienatione bonorū Eccleſię patronatæ, et quamuis patronus teneatur Eccleſiā defendere proprijs ſuis ſumptibus, non tamen concurrere debet cum Rectore ad ſolutionem collectæ, ſeu decimæ Papalis: & de his late Lambertin. vbi ſupra lib. 3. q. 2. per omnes articulos dictæ quæſtionis.

11 *Et vtile*. Conſiſtit in† hoc vtilitas, quia ſi patronus deueniat ad inopiam eſt alendus de bonis Eccleſiæ. c. quicumque il ſecōdo, iuncta gloſ. 16. q. 7. Hoſtienſ. vbi ſupra. §. quid competat patrono nu. 3. c. nobis §. vlt. vbi Abb. & alij, de iurepatron. Rocchus de Curte vbi ſupra in verbo, & vtile in principio, Card. Seraf. deciſ. 668. num. 5. & Farinac. deciſ. 454. parte ſecunda, to. 1. Rot. Rom. Quod procedit, quando patronus ad ſummā egeſtatem deuenit, & quando Eccleſię ſupereſt. §. vlt. 25. q. 2. eo enim caſu libertus tenetur alere patronū. l. ſi quis à liberis. §. ſolent Iudices. ff. de liber. agnoſcen. & ſic patronus eſt alendus de fructibus beneficij patronati remanentibus detractis neceſſarijs ſeruitijs, & expenſis, & victu beneficiati, & eſt alendus patronus in domo ſua. Io. Andr. & Card. in d. c. nobis, eique ſunt mittenda alimenta ſumptibus Eccleſiæ, & debentur alimenta patrono, eiuſq; familiæ egeſtate laborāti: quod ſi Rector alimenta non præſtabit, poterit patronus agere actione proueniente ex d. c. nobis, vbi hæc dicit Io. And. Card. & Abb. & in tali cauſa

pro-

procedetur ſummarie, & ſi patronus moriatur, eo quia Rector ei alimenta denegauit, Rector tenetur de homicidio, ſicut & pater negãdo alimenta filio. per tex. in l. necare vbi gloſſ. ff. de liber. agnoſc. malũ enim committit, qui malo poteſt obuiare, & non obuiat. c. paſce diſt. 86. Paul. de Citad. vbi ſupra parte 6. q. 8. principali art. 4. & appellatione ali-

12 mentorũ veniunt victus, † potus, cibaria, veſtimenta, calciamenta, domus, cubile, ſeu ſtratum, & omnia neceſſaria pro victu, & conſeruatione hominis, quæ omnia appellatione alimentorum veniunt, vt late per Surd. in tract. de aliment. tit. 4. Non tamen ſunt vendenda bona ſtabilia Eccleſiæ pro dictis alimentis. Si autem patrona ſit Vniuerſitas, ſtante inopia omnes illi de Vniuerſitate non ſunt alẽdi, quia iuspatronatus quando ſpectat ad Vniuerſitatem ſinguli de dicta Vniuerſitate non ſunt patroni. Gemin. in c. vnic. nu. 6. de iurepatr. lib. 6.

13 *Eſt vtile* †, quia poteſt patronus aliquid annuatim exigere ab Eccleſia patronata in recognitionem iurispatronatus, ſi ita in fundatione ordinatum ſit cum Epiſcopi conſenſu. c. præterea il ſecondo, vbi Abb. num. 3. & 4. de iurepatron. Non tamen poteſt patronus pecuniam pro præſentatione recipere, alioquin ſimoniam committit. c. quæſitum. de rerum permut. Eſt vtile, quia poteſt patronus præſentare filium ſuum, vel ſuos cõſanguineos, & affines, dummodo ſint idonei, & de his videas Lambertin. vbi ſupra lib. 3. q. 3. per omnes articulos dictæ quæſtionis. Et Iura ſupradicta honoris, oneris, & alimentorum debentur patronis etiam inæqualiter fundantibus, conſtruentibus, & dotantibus, & procedunt in patronis, & in eorum hæredibus, & qui plus contulit pinguius ius habet, & in his attenditur locorum conſuetudo. Lambertin. vbi ſupra q. 4. per omnes articulos d. quæſtionis: nec nouus heres, ſeu patronus poſtquam Eccleſia eſt ordinata poteſt aliquid immutare. Lãbertin. vbi ſup. q. 5.

14 *Competens* alicui. † Hoc iuspatronatus competit ita feminæ, ſicut maſculo. ratio eſt, quia iura cõcedunt Iuspatro-

tro-

tronatus conſtructoribus, fun
datoribus, & dotatoribus Ec-
cleſiarum.c.quoniam.c.nobis
de iurepatron. Rocch. hic in
verbo competens alicui nu.1.
15 Item iuſpatronatus † cōpetit
etiā illegitime natis. Rocch.
ibidem nu. 8. cum iuſpatro-
natus omni Chriſtiano com-
petere poſſit. c.piæ mentis,&
c.Frigentius. 16. q.7. & hoc
eſt intelligendum quando ex
fundatione.iuſpatronatus eſt
ad feminas, vel illegitimos
tranſmiſſibile. Alex. in l. ex
facto.§.ſi quis rogatus nu.49
16 ff. ad Trebell. † Item compe-
tit pupillo, vel infanti, qui ſi
ſit infra ſeptem annos non po
teſt præſentare, ſed tutor eius
nomine præſentabit. Abb. in
c.fin.num.9. de conceſſ. præ-
bendæ: ſi iuſpatronatus com-
petat Vniuerſitati puta popu
17 lo, an filijſfamilias † habeant
vocem, diſtinguas cū Rocch.
vbi ſupra num.19.ſi filijſfami-
lias habeant domicilium in
domo patris, non habent vo-
cem in præſentando, ſecus ſi
habeant domiciliū alibi, idq;
probatur per doctrinā Innoc.
in c.cum ex iniuncto. in fine.
de oper.noui nunciat. qui di-
cit, quod in gerendis ab Vni-
uerſitate filijſfamilias ſunt vo-
candi, ſi alibi, quam in domo
patris habēt domicilium: ſed
vbi cum patre domicilium ha
bent, pater tantum eſt vocan-
dus: & generaliter quando
18 iuſpatronatus † competit pa
tri nunquam patre viuente fi-
lius habet vocem. Card. in
Cle.2.de iurepat. nu.8. Alia
circa quaſi poſſeſſionem, quæ
cōpetit alicui circa præſenta-
tionem pertractabūtur infra.
19 *In Eccleſia*. † Iuſpatro-
natus enim poteſt haberi in
Eccleſia Cathedrali. c. nobis
de iurepatron. Rocch. hic in
verbo Eccleſia. nu. 1. ſed pa-
tronus non præſentabit Epi-
ſcopum in dicta Eccleſia: ſed
bene alios clericos ad alia be
neficia particularia. Item
20 iuſpatronatus † haberi po-
teſt in Eccleſia Collegiata.
d.c.nobis: ſed Prælatus non
præſentabitur à patrono, ſed
eligetur à Collegio, & ele-
ctioni factæ patroni poſtula-
bitur aſſenſus. dicto c. nobis.
quod fallit quando patronus
in fundatione ſibi reſeruaſſet
præſentationē Prælati, ſibiq;
fuiſſet conceſſa. ita Card.in
dicta Clem. plures.§. quibus.
num.3. in fine de iurepatron.

& ad

& ad alia beneficia in Eccleſia Collegiata exiſtentia prçſentabit patronus. Rocch. vbi
21 ſupra nu. 4. & an † iuspatron. poſſit eſſe in Eccleſia Conuentuali Religioſorum, videas Rocch. de Curte vbi ſupra nu. 7. & Card. Tuſcum pract. concl. iur. lit. I. concluſ. 615.
22 Item iuspatron. † poteſt haberi in Hoſpitali publico de cōſenſu Epiſcopi conſtructo. §. ſi quis ædificationē. Auth. de Eccleſiaſt. tit. Abb. in c. de Xenodochijs. de relig. domib. num. 2. Rocch. ibidem. nu. 8.
23 ſed in ſepulchro † iuspatr. haberi non poteſt; ſed appellatur ius funerandi, vt per Rocchum de Curte vbi ſupra nu. 13. de quibus infra late videbimus.

24 *Pro eo, quod † de Diœceſani conſenſu.* Ex hoc patet, quòd iuspatronatus nō acquiritur, niſi Epiſcopo, vel Diœceſano cōſentientē, quinimo nō dicitur eſſe beneficium Eccleſia, vel Capella, niſi ſecuta approbatione Epiſcopi, & ita cōſenſus Diœceſani debet interuenire in fundatione, conſtructione, vel dotatione. c. piæ mentis. cap. frigentius, & c. conſiderandum 16. q. 7. &
25 c. nobis. de iurepatr. † An autem conſenſus Diœceſani debeat interuenire, quādo iuspatronatus transfertur de vno in alium, dicas cum Abb. in c. illud, de iurepatr. nu. 3. & ſequentibus, quando iuspatronatus tranſit in alium cum Vniuerſitate puta cum hæreditate, & tunc Epiſcopi conſenſus non requiritur. c. ex litteris. de iurepatron. ſi autem iuspatronatus trāsferatur inter viuos, ex contractu in Eccleſiam, vel locū Religioſum, valet translatio ſine Epiſcopi conſenſu. dicto c. illud, & cap. vnico. de iurepatr. lib. 6. Si autem fiat tranſlatio in laicum ex contractu, non valet ſine Epiſcopi conſenſu. dicto cap. vnico. in princ. à contrario ſenſu; & idē eſt quando tranſlatio fit de vno patrono in compatronum: idem eſt ſi ex vltima voluntate iuspatronatus transferatur puta ex legato, quod eſt donatio, tunc enim non valet niſi cum conſenſu Epiſcopi. Abb. in c. cum ſæculum de iurepatr. num. 6. & Rocch. de his in verbo pro eo. num. 4. 5. 6. & 7. & ponit
26 rationes prædictorum. † Poteſt etiam conſenſus alterius

Præ-

Prælati interuenire, ſi habeat
iura Epiſcopalia,& Epiſcopa-
lem poteſtatem. Abb.conſ.59
27 col.vlt.& conſ.89. par.2. † vt
eſt in Capitulo Illuſtrium, &
admodum Reuerendorum
Dominorum Canonicorum
Metropolitanæ, & Primatia-
lis Eccleſiæ Piſanæ, in quo
reſidet ordinaria poteſtas cir-
ca altaria,& Cappellanias di
ctæ Eccleſiæ, & circa alia be-
neficia dicto Capitulo ſubie-
cta; qui conſenſus poteſt in-
teruenire etiam poſt factam
donationem,& legatum.c.cu
ra. de iurepatron. Rot. Rom.
deciſ.vlt. de iurepatr. in anti-
quis. late Rocch. num. 9. vbi
28 ſupra: † & ſi Ordinarius ex
legitima cauſa nolit conſen-
tire tranſlationi, ſi non poſſit
cogi, tunc vel beneficium li-
berum remanebit Ordinario,
vel remanebit apud eum, qui
donauit, vel legauit, ex quo
legatum,vel donatio non va-
luit. Card. in c.cum ſæculum.
de iurepatron. num. 3. vel ſi
Ordinarius nolit conſentire,
poterit adiri ſummus Ponti-
fex, qui veriſimiliter conſen-
tiet, ſi nil obſtat petitioni fa-
ctæ.ita Rocch.hic num.17.&
29 ſi dubitetur, † an in conſtru-
ctione Eccleſiæ interuenerit
Epiſcopi conſenſus, ſi Eccle-
ſia ſit in forma Eccleſię,præ-
ſumitur dictus conſenſus in-
teruenisse.Felin.in c.de quar-
ta de præſcription. num. 12.
maxime ex diuturnitate tem
poris:& conſenſus tacitus Epi
ſcopi aliquando ſufficit de
quo vide Rocch. vbi ſupra
30 num.20. † Et ſi quæratur cu-
ius Epiſcopi conſenſus requi
ratur, an Epiſcopi loci,vbi ſi-
ta eſt Eccleſia, an Epiſcopi
loci illius, qui vult conſtrue-
re, vt ſi Piſanus vult Eccle-
ſiam conſtruere Senis: & di-
cas, quod requiritur conſen-
ſus Epiſcopi loci, in quo fun-
datur Eccleſia. Card.in c.no-
bis.in princ. de iurepatron.&
Rocch. vbi ſupra num. 21.&
31 Sede vacāte † Epiſcopali po-
teſt Capitulum conſenſum
prædictum præſtare. Gemin.
in c. vnico. de maiorit.& obe
dient. lib. 6. num. 5. quæſt.
23. Nec poteſt Epiſcopi con-
ſenſus facere patronū vnius
Capellæ, vel Eccleſiæ ex pri-
uilegio aliquem, qui non
fundauerit, nec conſtruxe-
rit, nec dotauerit Eccleſiam
ipſam vel Capellam. Abb. in
conſ. 106. n. 4. ſecundo vol.
quia

quia non poteſt Epiſcopus rei ſacræ ſine legitima cauſa hanc ſeruitutem iuriſpatronatus imponere: quod non procedit quando verus patronus cum conſenſu Epiſcopi vult in alium iuſpatronatus transferre.

Eccleſiam fundauit. Fun-
32 dare † quis dicitur Eccleſiam, quando aſſignat fundum vbi conſtrui debet Eccleſia. c. nobis. & ibi Doct. de iurepatr. vulgo tamen dicuntur Fundatores, qui Eccleſiam conſtruxerunt, vel in eſſe dedu-
33 xerunt; ſed ex ſola † fundi aſſignatione non efficitur quis patronus in totum, & ideo ſi quis dat fundum pro Eccleſia conſtruenda, & alter eam conſtruit, alter autem eam dotet, omnes erunt patroni, Abb. in rub. de iurepatron.
34 num. 6. & † Eccleſia deſtructa ſi alibi ędificetur dominus primi fundi non erit amplius patronus. Innoc. in d. rubr. de
35 iurepatr. num. 2. in fine, & † ſi ipſe, qui fundum dedit, velit Eccleſiam conſtruere, & dotare, Epiſcopus non debet alium admittere, vt euitetur diſſenſio. Card. in d. c. no-
36 bis. num. 6. q. 7. & † fundi, & aliorum aſſignatio fieri debet de conſenſu Epiſcopi ad hoc, vt acquiratur iuſpatr. Card. in dicto cap. nobis. in princ. & ſi Eccleſia ſit con-
37 ſtructa † in fundo meo me inſcio, ſi poſtea ſim contentus dominium fundi in Eccleſiam transferre, efficior patronus. Card. in dicto cap. nobis. num. 3. oppoſit. 4. &
38 acquiritur † iuſpatronatus, etiam quando quis ſimpliciter aſſignauit fundum pro Eccleſia conſtruenda, ipſamque conſtruxit, & dotauit, nec dixit ſe eſſe velle patronum. Rota Roman. deciſ. 5. de iurepatron. in antiquis. cap. ſignificauit; vbi Abb. Card. & Felin. de teſtib. & ſi quis
39 reſeruet ſibi iuſpatr. † cenſetur etiam reſeruaſſe ſuis hæredibus. Calderin. de iurepatr. conſ. 4. & ſi quis habeat aliquod ius ſuper fun-
40 do † ſuper quo Eccleſia conſtruitur, ſi conſentiat conſtructioni efficitur compatronus, vt ſi quis vtile, alter directum dominium fundi habeat. Rocch. vbi ſupra in verbo Eccleſiam fundauit. num. 19.

Conſtruxit. Conſtruere dici-

41 citur † is, qui facit expenſas
in conſtruendo Eccleſiam,
non autem faber, qui eam
conſtruit. Card. in dicto cap.
nobis. num. 6. 8. & 9. ille
enim dicitur facere, cuius
nomine fit. cap. qui facit. de
regul. iur. lib. 6. niſi faber
operam ſuam ponat gratis,
vt ſit patronus. Card. in di-
cto cap. nobis. quæſt. 9. in
princip. nec ex ſola conſtru-
42 ctione acquiritur † iuſpatron.
ſed vt ſupra dictum eſt re-
quiritur, quod quis prius fun-
dum dederit, & alter dotet,
& omnes erunt patroni: &
43 ſi quis † Eccleſiam conſtru-
xerit, poteſt cogi ab Epiſco-
po, vt eam dotet. Abb. in
cap. cum ſicut. num. 3. de
conſecrat. Eccleſ. vel Alt. &
omnia hæc fieri debent cum
44 conſenſu Epiſcopi. An † au-
tem ex refectione, vel repa-
ratione Eccleſiæ quis patro-
nus efficiatur, dicendum eſt,
quod ſi Eccleſia non eſt fun-
ditus deſtructa, tunc refi-
ciens non efficitur patronus.
gloſ. 1. in cap. 3. de iurepa-
tron. reficiens enim non di-
citur proprie facere; ſi vero
Eccleſia eſt funditus deſtru-
cta, tunc reficiens efficitur
patronus accedente conſen-
ſu Epiſcopi. gloſ. vbi ſupra
in dicto cap. 3. & qui primo
conſtruxit præferendus eſt a-
lijs in reficiendo, hoc enim
eſt æquum. Card. in dicto
cap. 3. num 3. Et ſi teſtator
45 mandauit † eccleſiam con-
ſtrui ſine præfinitione tem-
poris, tunc per hæredes con-
ſtruenda erit infra annum
computandum à die moni-
tionis faciendæ per Epiſco-
pum. cap. nos quidem. &
ibi Doct. de teſtam. reſpe-
ctu operis inchoandi datur
annus; ſed reſpectu operis
complendi conſideranda eſt
qualitas operis. Abb. in dicto
46 cap. nos quidem; & ſi † te-
ſtator mandet eccleſiam con
ſtrui in certo loco, in quo po-
ſtea conſtrui non poſſit, hæ-
res cogetur conſtruere in alio
ſecundum voluntatem Epi-
ſcopi. d. cap. nos quidem.
& ibi Doct. de teſt. & ſi te-
ſtator mandet conſtrui eccle-
ſiam, nec dicat in quo loco,
eo caſu locus eligetur de
conſenſu Epiſcopi. Rocch.
vbi ſupra num. 20. & ſi te-
47 ſtator mandet † eccleſiam
conſtrui, ſed teſtamentum
ſit imperfectum, an hoc ſit
adim-

adimplendum fauore piæ cauſæ, de hoc Rocch. vbi ſupra num. 27. Bart. in l. in teſtamento. ff. de fid. libert. & Doct. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtament. & ſi eccleſia ſit con-
48 ſtructa, & † non conſtat quiſnam conſtruxerit præſumitur conſtructa ex oblationibus fidelium, qui non intendebant in ea acquirere iuſpatr. & ſic, quod eccleſia ſit libera præſumitur, non autem quod ſit patronata. Abb. in cap querelam. de elect. num. 9. in fine.

49 *Et dotauit.* Acquiritur † igitur iuſpatr. ab eo, qui fundauit, ab eo, qui conſtruxit, & ab eo, qui dotauit, quamuis hodie de conſuetudine aliud ſeruetur aliquando: ſi enim in Altari, vel Capella fundata ſub nomine alicuius ſancti, vel ſanctæ in qua iam ſit creatum iuſpatron. per vnum, ſi alter ordinet alium Cappellanum, & dotem, dicendo ſe ibi fundare vnam Cappellam ſub vocabulo alterius ſancti, quòd talis admittitur tanquam patronus ad præſentandum, nec eſt compatrona eccleſia ratione fundi, vel conſtructionis, & in prouiſione beneficiorum maxime conſuetudo præfertur iuri communi. cap. cum eccleſia Vulterana. vbi Abb. col. vlt. num. 10. de elect.
50 & id ſeruatur in † eccleſia Metropolitana Piſana, in qua vltra ſexaginta adſunt Capellæ; & ſi quis de nouo Capellam fundet, & dotet, nihil noui conſtruit, ſed tantum ad aliquod vetus altare ordinat cum dote nouum Cappellanum ſub titulo alicuius Sancti, & ipſe dotans eſt patronus ſolus, vt fecit cariſſimus auũculus meus D. Ioſephus Mazzolius ciuis Piſanus, qui ex teſtamento mediante perſona ſuorum hæredum fundauit, & dotauit in dicta eccleſia Metropolitana Piſana nouam Cappellaniam ſub titulo ſancti Dominici ad Altare Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ nuncupatæ ſub organo ex Ordinarij approbatione, & dictis hæredibus ſolis fuit reſeruatum totum iuriſpatron. hæredesq; præſentauerunt Rectorem, qui fuit inſtitutus. Et eſt in paci-
51 fica poſſeſſione. Et ſi † eccleſia ſit fundata, & conſtructa ſine

ſine dote, ex dotatione poſtea cum conſenſu Epiſcopi acquiritur iuſpatr. tam ſi dotetur ante conſecrationem dictæ eccleſiæ. gloſ. in cap. piæ mentis 16. q. 7. quam poſt conſecrationem. Innoc. Card. & alij in rubr. extra. de iurepatronat. & Rocch. num. 4. in hoc verbo & do-
52 tauit. Si autem † Eccleſia ab initio ſit dotata, & poſtea diminuta ſit dos, quod ſi alius dotem ſuppleat, & augeat non acquirit iuspatron. Card. in c. 3. num. 2. quæſt. 1. de iurepatr. ſi tamen primus patronus conſentiret augumento dotis, & eſſet contentus augentem dotem eſſe compatronum ſuum, id facere poſſet Epiſcopo conſentiente. Rocch. vbi ſupra
53 num. 5. ſi quis † autem non in pœnam delicti per Iudicem cogatur Eccleſiam dotare, vt quia eam conſtruxit efficitur patronus. Card. in dicta Rubr. num. 3. de iurepatron. quamuis Rocch. hic num. 7. contrarium ſentiat: ſi quis au-
54 tem Eccleſiæ † aliquid relinquat ex legato, donatione, vel relicto, non tamen aliquod acquirit iuspatron. & ratio eſt, quia iſte non dicitur dotator, ſed benefactor, iura autem indulgent iuspatr. dotanti, non benefactori. c. filijs. 16. q. 7. Abb. in d. cap. 3. num. 10. de iurepatr. Do-
55 tatio † autem regulariter fieri debet ante conſtructionem eccleſiæ. can. nemo. 9. de conſecrat. diſtinct. 2. ſi autem ante non ſit conſtituta dos, debet poſt conſtructionem conſtitui. gloſ. in c. piæ mentis. in verbo collata. 16.
56 quæſt. 7. quanta † autem dos ſit eccleſiæ aſſignanda, dicitur in dicto c. nemo. quod. ſ. tantum debet aſſignari eccleſiæ, quod ſufficiat ad neceſſaria miniſtrorum, & ad luminaria, tradit Abb. in cap. cum ſicut. num. 5. de conſecrat. eccleſiæ, vel altar. & gloſ. in c. vt quiſque. verbo clericum. de vita, & honeſtate cleric. & ſi in rei veritate dos eccleſiæ aſſignata non ſit congrua, & Epiſcopus conſentiat, tamen dotans non ſit patronus. gloſſ. 1. in cap. quicunque. il ſecondo 16. quæſt. 7. & argumento eius, quod ait Abb. in cap. 1. not. 1. de cenſib.
57 & in † dotatione quamuis con-

congrua ſemper requiritur Epiſcopi cōſenſus. Doct. in c. nobis de iurepatr. & ſi plures
58 dotent Eccleſiam, † omnes erunt patroni. Abb. in dicta Rubr. ante finem de iurepatr. & ſi plures dotent, & vnus plus conferat quam alius, omnes ſunt æqualiter patroni. Hoſt. in ſumma tit. de iurepatronatus. §. qualiter transferatur verſ. quid ſi plures nu. 7. Rocch. vbi ſupra num. 21. & 22. niſi aliter eſſet expreſsè inter eos diſpoſitum, & qui dat præcium pro emenda dote fit patronus. Ioann. Andr. in dicto cap. nobis. ſuper. verbo conſtruxit de iurepatr. & efficitur quis patronus præbendæ Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ ſi dotem aſſignet pro præbenda cum conſenſu Epiſcopi, & Capituli. Abb. in cap. ſuggeſtum de iurepatr. num. 3.

Ipſe, vel is, à quo cauſam habuit. Agēdum eſt hic quot
59 modis † iuſpatr. transferatur, qui quatuor ſunt, ſcilicet per ſucceſſionem, per donationē, per permutationem, & per translationem Vniuerſitatis, in qua ſit iuſpatr. ita dicit, & probat gloſſ. in cap. piæ mentis. in verbo fundatione. 16. quæſt. 7. & gloſſ. in verbo emptorum in cap. cum ſæculum de iurepatr. quæ ait, Iuſpatr. tranſire facit nouus hæres res permutata, donatio, venditioq; & ita communiter alij.
60 Primo transfertur † iuſpatr. per ſucceſſionem, quæ ſucceſſio fit in ſtirpes, non in capita, & ideo ſi plures vni ſuccedant habentur loco vnius; clement. plures, & ibi, Doct. de iurepatron. & ideo ſi duo patroni decedant, vnus relinquat decem hæredes, alius duos, ita potens erit vox illorum duorum, ſicut illorum decem: ſi autem vnus tantum ſit eccleſiæ patronus, & decedat pluribus relictis hæredibus, tunc hi hæredes ſuccedunt in capita, ſi tamen poſtea vnus ex his hæredibus, vel omnes decedant, & quilibet eorum relinquat hæredes, tunc ſucceſſio fit in ſtirpes, & hæredes vnius hæredis habētur pro vno. Card. in dicta Clement. plures, & procedit tam in hæredibus ex teſtamento, quam ab inteſtato, & dicta Clement. plures procedit, & dicta declaratio quando iuſpatr. deſcenderet

ad plures per viam contractus puta ex donatione: procedit etiam idem ſi ſint hæredes ſui, vel extranei maſculi, ſeu feminæ: cum ergo plures hæredes patroni habeantur pro vno, ſi in præſentando ſint inter ſe diſcordes, tunc maior pars omnium minorem abſorbet, non autem maior pars comparatione minoris. Card. in Clement. plures col. 4. verſic. item per hæc dicta de iurepatr. Rocch. hic num. 6. in verbo ipſe, vel is, à quo, & ſi quattuor ſint patroni, & vnus patronus ſit hæres alterius patroni, duas
61 voces habebit. † & iuſpatron. non tranſit ad hæredes extraneos, quando in fundatione fuit expreſſum, quod tranſiret tantum ad hæredes ſanguinis de conſenſu Epiſcopi.
62 Rocch. hic nu. 18. † nec tranſit iuſpatr. ad fideicommiſſarium vniuerſalem: ſed remanet apud hæredem grauatũ, quia ad fideicommiſſarium ea tranſeunt, quæ concernũt commodum pecuniarium. Bart. & alij communiter in l. quia perinde. ff. ad trebelli.
63 & poteſt † hæres præſentare etiam quod non ſit miſſus in poſſeſſione hæreditatis, quia in puris incorporalibus ſufficit habere ius. Innoc. in c. cum noſtris. num. 3. verſ. item nonne peccaret. de conceſſ. præben. Cardin. ſupra num. 6.
64 Item permutari poteſt † iuſpatron. tantum cum alio iure ſpirituali. Hoſtien. in tit. de iurepatr. in ſumma. §. qualiter transferatur. verſic. res permutata, alias eſſet ſimonia: & in dicta permutatione requiritur Epiſcopi conſenſus, & idem eſt ſi quis habeat compatronum, & ei relaxet iuſpatron. tunc enim etiã requiritur Epiſcopi conſenſus. Abb. in cap. ex inſinuatione. n. 5. de iurepat. idẽ
65 eſt † ſi iuſpatr. donetur laico, tunc enim Epiſcopi conſenſus requiritur, ſecus ſi donetur loco religioſo. Hoſtien. vbi ſupra in verſic. donatio, & hæc eſt communior, & verior opinio. Abb. in dicto cap. illud. de iurepatr. num. 5. poteſt etiam fieri donatio præſentationis faciendæ retento iurepatron. dicta Clement. plures. de iurepatron.
66 An autem † donatarius iuriſpatr. poſſit donantem præſentare, dicas, quod ſi conceſ-

ceſſio ſit facta donatario tãquam procuratori, non poteſt præſentari donans; ſi autem conceſſio ſit facta tamquam donatario, tunc poteſt donans ab eo præſentari. Rocch. vbi ſupra num. 37.

Transfertur iuſpatr. quar-
67 to modo † per translationem Vniuerſitatis, vt in venditione hæreditatis, vel alterius vniuerſitatis. ad tex. in l. qui tibi. C. de hæred. vel actio. vend. Doct. communiter in
68 c. ex litt. de iurepat. † & Vniuerſitas in propoſito noſtro ea dicitur, quæ abſq. alia expreſſione iura vniuerſitatis in ſe continet, ſicuti eſt Villa vel Caſtrum & ſimilia: vel aliter Vniuerſitas eſt, quæ continet iuriſdictionem, honorem, diſtrictum, & ſimilia: vel Vniuerſitas dicitur, quæ continet in ſe corporalia. In
69 locatione etiam † Vniuerſitatis tranſit iuſpatr. & præſentatio ſpectat ad conductorem ſi eccleſia vacet locatione durante, dummodo locatio ſit perpetua, vel talis, per quam dominium vtile in conductorem ſit tranſlatum, niſi fuerit in locatione exceptum iuſpatr. ſecus in locatione ad tempus modicum, caſus eſt, & ibi Doct. in c. ex litteris. de iurepatr. & hæc eſt magis communis opinio teſte Rocch. vbi ſupra num. 58.
70 Si autem † Vniuerſitas ſit pignori data, & vacet eccleſia creditor pignoris nomine dictæ Vniuerſitatis præſentare non poteſt, ita ſecundum communem intellectum, vt per Abb. ibi in 1. not. in c. cum Bertoldus de re iud. & ibi gloſ. vlt. reddit rationem communem, ſcilicet quia creditor tenetur reſtituere omnem fructum, vel quaſi, quem capit ex pignore, vel in ſortem computare; ſed ſi iuſpatr. tranſiret in creditorem, & præſentaret, non poſſet reſtitui ipſe fructus, ideſt dicta præſentatio, nam ſi præſentatus ſit inſtitutus, non debet poſtea remoueri. cap. conſultationibus. de iurepatr. non poſſet etiam dari æſtimatio, quia præſentatio eſt inæſtimabilis vti res annexa ſpiritualitati; tranſit etiam iuſpatr. cum Vniuerſitate in dotem data. Rota Rom. deciſ. 10. de iurepatr.
71 in nouis. Ex † confiſcatione etiam bonorum, alicuius trã-

ſit iuſpatr. in fiſcum. Rocch. hic num. 65. quamuis alij velint, quod tali caſu iuſpatr. redeat ad eccleſiam patronatam, & ſic eccleſia libera remaneat, quæ opinio eſt æquior, vt ibidem per Rocchum.
72 & poteſt † patronus in præiudicium deſcendentium, & ſuorum legitimorum, hæredum renunciare iuripatr. Rot. Rom. deciſ. vlt. num. 4. de iurepatr. in antiquis; ſecus ſi iuſpatr. competat illis de parentela tantum. Rocch. hic
73 n. 73. † An autem iuſpatr. transferatur de vna perſona in aliam per præſcriptionem, & ſic an iuſpatron. præſcribi poſſit, late id examinat Rocch. hic num. 81. vſque ad 90. vt infra dicemus.

Solus, vel alio concurrente.
74 Ex hoc patet, † quod ſi quis ſolus fundet, conſtruat, & dotet, ſolus eſt patronus: ſi autem vnus fundet, alius conſtruat, & alter dotet, tunc omnes erunt patroni, vt ſupra dictum eſt.

FINIS LIBRI PRIMI.

LI-

LIBER SECVNDVS continet quomodo Iuſpatr. creetur, & acquiratur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT PRIMVM.

Quomodo creetur Iuſpatr.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus eſt ius artificiale, creatur, & in eſſe deducitur hominis opera.*

2 *Id fit mediante fundatione, conſtructione, & dotatione eccleſiæ.*

3 *Patroni fiunt prædicta facientes.*

4 *Iuſpatr. aliud in abſtracto, &*

5 *Aliud quando ad eſſe deducitur.*

6 *Conſenſus Diœceſani requiritur in acquiſitione iuriſpatr.*

7 *Fundantes, conſtruentes, & dotantes Eccleſias ſi nihil dicant de iurepat. tamen fiunt patroni.*

8 *Ratio quare cõſenſus Diœceſani requiratur.*

9 *Et conſenſus prædictus debet eſſe expreſſus.*

10 *Conſenſus prædictus quando præſumatur interueniſſe.*

11 *Conſenſus Diœceſani requiritur, in cuius Diœceſi fundatur Eccleſia.*

12 *Conſenſus prædictus præſtatur à Capitulo Sede Epiſcopali vacante.*

13 *Conſenſus dictus requiritur ſiue laicus, ſiue clericus fundet eccleſiam.*

14 *Etiam ſi fundatio fiat ex iuſſu teſtatoris.*

15 *Qui conſenſus etiam poſt fundationem poteſt interuenire.*

16 *Hæres fundans eccleſiam iuſſu Epiſcopi alibi contra teſtatoris voluntatem, pœnam*

 B 3 non

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

non incurrit.

17 *Conſenſus prædictus poteſt eſſe etiam Prælati inferioris.*

18 *Conſenſus Epiſcopi requiritur, non ſimul & Capituli.*

19 *Diœceſanus ſi nolit conſentire, compellitur per eius Superiorem.*

20 *Vt per eius Metropolitanum.*

21 *Conſenſus prædictus ſi abſit, Diœceſanus poteſt Eccleſiam deſtruere, non autem qui eam fundauit.*

NVnc videndum eſt quo modo Iuſpatr. creetur, & acquiratur. Iuſpa-
1 tronatus ergo † eſt Ius artificiale, non naturale; Nam creatur, & in eſſe deducitur mediante hominis opera,
2 ſeu artificio, cum quis † dat fundũ pro eccleſia conſtruenda, ſeu conſtruit, vel dotat Eccleſiam, Cappellam, vel Altare, & ſic artificialiter deducit rem de non eſſe ad eſſe. Card. Abb. & alij in Rubr. de iurepatr.

3 Iuſpatr. creatur † ex collatione fundi, ex conſtructione, ſeu dotatione; Ideoque prædicta facientes acquirunt iuſpatr. cap. filijs 16. q. 7. Vnde verſus;

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Vide Card. Tuſcum practic. Concluſ. iuris, littera I. concluſ. 600. & Cardin. Seraphinum deciſ. 518. Rot. Roman. & Praxim Archiepiſc Leonis parte ſecunda. cap. 21. num. 35. de iurepat. & Rotam Roman. part. 2. deciſ. 269. nu. 2. in nouiſſim. & Caſſadorum deciſ. 6. num. 2. de iurepatron. & qui fundum tradit fit patronus ſi tranſtulit dominium fundi in eccleſiam. Lambertin. de iurepatr. lib. 1. parte 1. q. 2. artic. 2. & num. 2. & iuſpatr. aliud fuit
4 creatum † in abſtracto quando hoc iuſpatron. fuit inuentum à Legiſlatore; aliud eſt
5 iuſpatr. quod creatur & † in eſſe deducitur, quando eccleſia, cappella, altare, ſeu quodcũque beneficium creatur: nec ſufficit fundatio, con-
6 ſtructio, & † dotatio, ſed requiritur conſenſus Diœceſani in ædificatione, & reſeruatione iuriſpatr. ita probat Lambert. vbi ſupra art. 3. n. 5. & ſeq. & Card. Tuſcus vbi ſu-

ſupra. & ſi fundans, con-
7 ſtruens, & † dotans nihil
de reſeruatione iuriſpatr. di-
xerunt, acquirunt tamen iuſ-
patr. dummodo expreſſe il-
lud non remiſerint, ita eſt
communis opinio, de qua
Lambert. vbi ſupra artic. 4.
8 nu. 12. ratio † quare dictus
cõſenſus requiratur eſt, quia
cum ius iſtud ſit ſpirituale,
non poſſunt laici propria au-
ctoritate ſpiritualia tractare.
cap. 2. de Iudic. Lambertin.
9 art. 5. vbi ſupra. & iſte † con-
ſenſus expreſſus requiritur,
10 nec ſufficit tacitus; & † iſte
conſenſus præſumitur inter-
ueniſſe, maxime cum diu ec-
cleſia pro eccleſia ſit habita,
& in ea miſſæ ſunt celebratæ,
& ſunt campanæ, Lambert.
vbi ſupra art. 6. & 7. num. 2.
Card. Seraphin. deciſ. 871.
11 requiritur † autem conſenſus
Diœceſani illius loci, in quo
fundatur eccleſia. Card. in
cap. nobis. de iurepatr. num.
1. Lambert. artic. 8. vbi ſu-
12 pra, & † Sede Epiſcopali va-
cante poteſt Capitulum da-
re licentiam eccleſiam ædifi-
candi, vt acquiratur iuſpatr.
& eſt communis opinio, de
qua Lambert. artic. 9. num.
6. vbi ſupra, & prædictus con
13 ſenſus † requiritur ſiue ſit
laicus, ſiue ſit clericus, qui
eccleſiam fundat. Lambert.
art. 10. vbi ſupra. dictus con-
14 ſenſus † requiritur etiam in
Cappella fundanda ex iuſſu
teſtatoris, & tunc cum dictus
conſenſus interuenerit, poſt
eius mortem iuſpatr. ortum
duxiſſe dicitur à die præſtiti
conſenſus, & ideo dictum
iuſpatr. non dicitur eſſe in
hæreditate teſtatoris. Lam-
bert. artic. 11. num. 2. vbi ſu
pra, qui conſenſus poteſt etiã
15 poſt fundationem † interue-
nire. Lambert. art. 12. vbi
ſupra. Cum ergo dictus con
ſenſus Epiſcopi requiratur, ſi
hæres fundat eccleſiam ali-
16 bi, quam † iuſſerat teſtator
Epiſcopo ſic iubente, in pœ-
nam cõminatam non incidit.
arg. c. nemo. 1. de conſecr.
diſtinct. 1. Lambert. art. 13.
17 vbi ſupra, & in † creatione iu-
riſpatr. poteſt interuenire
cõſenſus inferioris Epiſcopo,
dummodo habeat Epiſcopa-
lem poteſtatem, & in tali fun-
18 datione ſolus Epiſcopi † con-
ſenſus requiritur, nec eſt ne-
ceſſarius conſenſus Capituli.
Lambertin. art. 14. & 15. vbi

19 ſupra. Et ſi † Diœceſanus non vult conſentire poteſt compelli per ſuperiorem, vel ſuperior ipſe poteſt conſentire. Card. in cap. nobis quæſt. 6. de iurepatr. Abb. conſ. 59. col. 3. verſ. 3. principaliter conſidero par. 2. Lambert. vbi ſupra art. 16. qui Diœceſanus Epi-
20 ſcopus † poteſt compelli per ſuum ſuperiorem puta Archiepiſcopum. Doct. in c. nullus de iurepatron. Lambert.
21 vbi ſupra art. 17. & ſi † eccleſia ſit fundata ſine Diœceſani conſenſu poterit demoliri & reuocari per dictum Diœceſanum, non autem per fundantem, maxime nolente Diœceſano. Lambert. vbi ſupra art. 18.

CAPVT SECVNDVM.

Quomodo acquiratur Iuſpatr. per fundantes, conſtruentes, ſeu dotantes.

SVMMARIVM.

1 *Fundans, conſtituens, & dotans Eccleſiam ſunt patroni inſolidum.*

2 *Quod procedit alternatiue vnum faciendo.*

3 *Si plures fundent, omnes ſunt patroni.*

4 *Si plures conſtruant, omnes ſunt patroni.*

5 *Et procedit etiam in fabris dantibus operam ad conſtructionem.*

6 *Si plures dotent, omnes ſunt patroni.*

7 *Si vnus omnia perficit ſolus ſit patronus.*

8 *Conſenſus Diœceſani in ſupradictis requiritur.*

9 *Iuſpatr. in abſtracto eſt indiuiſibile, ſed quoad executionem diuiſibile.*

10 *Eccleſia vbilibet poteſt ædificari niſi ſit prohibitum.*

11 *Patronus quis efficitur ſi det domum, vt ſit Eccleſia.*

12 *Dominus fundi ſit patronus ſi in ſuo fundo fundetur Eccleſia ſine eius ſcientia ſi ratiſicet.*

13 *Et ſi conſtruens bona fide fuerit dicto caſu ſit patronus,* quia

quia conſtruxit.

14 *Aliquando quis cogitur fundum vendere pro ædificanda Eccleſia.*

15 *Inuito plebano poteſt fundari Eccleſia intra fines ſuæ Eccleſiæ.*

16 *Inuito rectore poteſt cōſtrui Altare in eius Eccleſia.*

17 *Inuito patrono poteſt cōſtrui altare in Eccleſia patronata.*

18 *Si fundus ſit Eccleſiæ, ei acquiritur iuſpatr.*

19 *Eccleſia poteſt ædificari in fundo ſubiecto fideicommiſſo.*

20 *Eccleſia ſi fundata ſit in fundo communi ſocius cogitur partem ſuam vendere.*

21 *Eccleſia alibi poteſt ædificari, ſi non poſſit ædificari vbi iuſſit teſtator.*

22 *Si teſtator non deſignet Eccleſiã, fiet arbitrio Diœceſani.*

1 DAns † fundũ, conſtruēs, ſeu dotans eccleſiam cum cõſenſu Diœceſani, quilibet inſolidum erit patronus cap. piæ mentis. cap. Frigentius. 16. q. 7. cap. nobis de iurepatron. Abb. in Rubr. de iurepatron.

2 Ampliatur † primo dicta concluſio procedere alternatiue, ſi dederit fundum, vel conſtruxerit, ſeu dotauerit, & non cumulatiue, & ſic, quod ſufficiat vni fundaſſe, vel conſtruxiſſe, licet alia facta non fuerint. Lambert. art. 1. q. 3. par. 1. lib. 1.

3 Ampliatur ſecundo, † vt nõ ſolum omnes illi ſupradicti ſint patroni inſolidum, ſed etiam ſi plures ſimul darent fundum, omnes erunt patroni inſolidum cum conſtruente, & dotante. Abb. in Rubr. de iurepat. Lambert. vbi ſupra art. 2. dummodo dent fundum ſufficiētem pro eccleſia.

4 Ampliatur † procedere, quod ſi plures ſimul conſtruxerunt eccleſiam omnes erũt patroni inſolidum cum fundante, & dotante. Abb. in d. Rubr. ante finem. Card. in dicto cap. nobis col. vlt. de iurepatr. Lambert. vbi ſupra art. 3. dummodo iſti ſufficienter conſtruxerint, nam ſi vnus nunc parum daret, nunc alter dicerentur benefactores, non conſtructores.

5 Ampliatur † procedere etiamſi faber, ſeu murarius dedit operam ſine precio alter ligna, alius cæmenta, alter præcium, nam ſi ita conuenerunt omnes erunt patroni inſo-

inſolidum cum fundante, &
dotante. Card. in dicto cap.
nobis quæſt. 9. Lambert. art.
4. vbi ſupra.
6 Ampliatur † procedere in
pluribus dotantibus æquali-
ter, vel inæqualiter, ſi ſimul
conuenerunt ſufficienter do-
tare, vt omnes ſint inſolidum
patroni cum fundante, & con
ſtruente. Abb. in cap. 3. de ec-
cleſ. ædific. num. 4. & in di-
cta Rubr. de iurepatr. Lam-
7 bert. art. 5. & ſi † vnus ſolus
velit fundare, conſtruere, &
dotare eccleſiam, non admit-
tetur alter, niſi eo volente,
quia expedit eccleſiæ, magis
habere patronum, quam plu-
res ſecundum Card. in Cle-
ment. plures. col. 3. de iurepat.
8 Lambert. art. 6. vbi ſupra. † Et
ſemper quando vnus omnia
prædicta implet, vel plures,
ſemper in quolibet ipſorum
volentium eſſe patronos re-
quiritur conſenſus Dioeceſa-
ni. Lamber. vbi ſupra art. 7.
& ſi plures ſint, vt ſupra, om-
nes ſunt patroni inſolidum,
9 quia iuſpatr. eſt † indiuiſibile
in abſtracto, ſed quo ad exe-
cutionē eſt diuiſibile; & ideo
ſi vnus fundauit, & conſtru-
xit habebit duas voces, ſi
vnus dotauit, habebit vnam
vocem. Lambert. vbi ſupra
art. 8. num. 8. & 10. Eccle-
10 ſia † autem debet, & poteſt
ædificari in omni loco, niſi
reperiatur expreſſe prohibi-
tum. c. eccleſias 13. de con-
ſecrat. diſtinct. 1. dummodo
locus ſit liber ab omni ſerui-
tute, & onere. Lambert. art.
9. vbi ſupra.
Acquirit etiam iuſpatron.
11 ſi quis domum ſuam † pro ec-
cleſia relinquat, & ſic, vt ſit
eccleſia, & ſi ſit apta ſine
noua conſtructione erit pa-
tronus, quia dedit fundum,
& quia conſtruxit, aliàs pro
fundo dato tantum erit pa-
tronus. Lambert. artic. 10.
12 vbi ſupra, & † ſi ſuper fundo
alieno eccleſia fundetur in-
ſcio domino fundi, dominus
fundi acquiret iuſpatr. reſpe-
ctu fundi, & conſtructionis.
Card. in dicto cap. nobis, op-
poſ. 4. dummodo dominus
13 fundi ratū † habuerit, & Dioe-
ceſanus conſenſerit, ſecus ſi
conſtruens bona fide fecit, &
dominus fundi ratū habuit,
tūc.n. dominus fundi erit pa
tronus ratione fundi, & con-
ſtructor erit patronus ratio-
ne conſtructionis. Lāber. art.
12.

12. vbi ſupra: & licet eccleſia ſit fundata in fundo alieno inſcio domino, non tamen poteſt dirui iuſſu domini. gloſſ. in cap. Apoſtolicos. in verbo conſtruxiſſe 12. quæſt. 2. Lambert. artic. 13. vbi ſupra. Et poteſt quis
14 cogi † vendere fundum pro eccleſia ædificanda, quando ex aliqua neceſſitate populi pro ſacramentis adminiſtrandis eccleſia ædificanda ſit. Lambert. art. 14. vbi ſupra, & inuito etiam Plebano po-
15 teſt infra fines † illius matricis eccleſiæ fundari Altare, Cappella, vel Eccleſia, de conſenſu tamen Diœceſani. Lambert. artic. 15. vbi ſupra, & fundans iuſpatron.
16 acquirit, & ita etiam † acquiritur iuſpatr. per conſtructionem Altaris in eccleſia, Rectore illius contradicente, cum conſenſu tamen Diœceſani. argum. cap. omnes baſilicæ 16. q. 7. Lamber. art. 16
17 vbi ſupra, & idem eſt ſi dotem, & conſtruam Cappellam in eccleſia patronata, nam non requiritur conſenſus patroni; ſed Diœceſani. Lambert. art. 17. vbi ſupra, & ſi Epiſcopus dat fundum
18 eccleſiæ pro eccleſia † noua ædificanda, & iuſpatron. ratione dicti fundi acquiritur eccleſiæ, cuius antea erat fundus. Lambert. artic. 18. vbi ſuprà; ſi autem ex pecunia aliena quis in fundo proprio conſtruat eccleſiam, tam ex datione fundi, quam conſtructionis iuſpatr. acquirit. Lambert. artic. 19. vbi ſupra, niſi eſſet pecunia priuilegiata eccleſiæ, militis, vel pupilli, & ratum habeat factum à domino fundi, tunc enim dominus pecuniæ ratione conſtructionis, & dominus fundi pro fundo erunt patroni, & ſi plures ſint domini fundi, puta quia vnus directum, alter vtile dominium habeat, omnes erunt compatroni. Abb. in rubr. de iurepatr. Lambert. artic. 20. vbi ſupra. Poteſt etiam
19 ædificari † eccleſia in fundo ſubiecto fideicõmiſſo, ſi hæres ex eo quartam detrahere debeat, nam tunc fauore eccleſię condominus tenetur pro re precium habere, vel iuſpatr. pro ſua rata. per doctrin Bald. in l. 2. §. vlt. per illum text. C. de comm. ſer. manumiſſ. Lambert. vbi ſupra

20 pra artic. 21. & † ſi teſtator mandet per hæredem eccleſiam conſtrui in fundo communi cum alio, ſocius cogi debet partem ſuam hæredi vendere. Lambert. vbi ſupra artic. 22. & eadem ratione ſi
21 teſtator † mandet eccleſiam conſtrui in certo loco, & ibi conſtrui non poſſit, conſtruetur in alio loco de Diœceſani conſenſu, & hæres erit patronus. & ſi teſtator non de-
22 ſignet † eccleſiæ longitudinem, vel latitudinem, Diœceſanus arbitrabitur quid ſit agendum de his. Lambert. vbi ſupra art. 24. & 25. vide Card. Seraphin. deciſ. 1149.

CAPVT TERTIVM.

Acquiritur iuſpatr. re perfecta.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus acquiritur re perfecta.*

2 *Qui cœpit eccleſiam ædificare cogitur eam perficere.*

3 *Et infra quinquennium tenetur complere ædificationem.*

4 *Promittens eccleſiam conſtruere complere cogitur.*

5 *Coactus perficiens eccleſiam fit patronus.*

6 *Hæres coactus ædificans eccleſiam iuſſu teſtatoris fit patronus.*

7 *Aliquando cogi poteſt quis ad fundandam eccleſiam ex cauſa neceſſitatis.*

8 *Qui cogi poſſint eccleſiam ædificare.*

9 *Dote incompetente quis non fit patronus tanquam dotans, ſed ex priuilegio.*

10 *Iuſpat. poteſt reſeruari hæredibus, & extraneo.*

11 *Hæres ſi moriatur infra tempus, quo debebat eccleſiam ædificare, tenetur eius hæres.*

12 *Relicta pro conſtruenda eccleſia ſi non ſufficiant, conuertantur in pios vſus, de conſenſu Epiſcopi.*

13 *Eccleſiam tenetur ædificare hæres ex teſtamento imperfecto, ſi probari poſſit.*

14 *Hoſpitale ſi cõſtrui debeat, illius*

illius vice non eſt conſtruendum Monaſterium.

1 IVſpatronatus non † acquiritur, niſi res ſit perfecta, non enim ſufficit fundare, & conſtruere eccleſiam; ſed requiritur illius perfectio: & ideo ſi quis cœpit tantum ædificare eccleſiam, & alius perficiat, perficienti acquiritur iuſpatr. Lambert. de iurepatr. lib. 1. part. 1. quæſt. 4. artic. 1. vt ſi qui incepit morte impeditus, vel alio iuſto impedimento deſtitiſſet,
2 & ſi quis † cœpit eccleſiam ædificare, poteſt cogi eam perficere. §. ſi quis autem voluerit. Authent. de eccleſiaſt. tit. c. nemo. de conſecrat. diſt. 1. Lambert. artic.
3 2. vbi ſupra. tenetur † autem quis ædificationem complere intra quinquennium à die exordij ſi ſit eccleſia, ſi autem locus pius intra annum, tam ipſe, quam eius hæres. §. ſi quis ædificatione. Authen. de eccleſ. tit. vbi loquitur de hærede, qui cum ſit eadem perſona cum defuncto, idem de defuncto videtur dicendum, vel hoc totum Epiſcopus arbitrabitur. dicto c. nemo. vbi gloſſ. verbo domum. gloſſ. in cap. ad audientiam. il primo. verbo honor. de eccleſ. ædifican. Lambert. artic. 3. vbi ſupra;
4 idem procedit † ſi quis promittat eccleſiam conſtruere, compellitur enim id complere. Lambert. artic. 4. vbi ſupra, poteſt autem compelli per Diœceſanum ex officio ſuo, vel poteſt cogi actione in factum ab eo, cui facta eſt promiſſio, vel à quolibet de populo fauore eccleſiæ, quæ actio in factum datur vbicunque æquitas ſuadet talem actionem dari, vbi alia actio non eſt expreſſa. l. quia. 11. & ibi Bart. ff. de præſcriptis verb. Lambertin. artic. 5. vbi ſupra. & quamuis coa-
5 ctus quis † eccleſiam perficiat, tamen acquirit iuſpatronatus. Lambert. artic. 6. num. 7. vbi ſupra, quamuis alij teneant hoc caſu non ac-
6 quirere iuſpatronatus. † idem eſt in hærede, qui ex iuſſu teſtatoris tenetur eccleſiam fundare, quamuis enim talis hæres coactus faciat illud; tamen acquirit iuſpatr. Lambert. artic. 7. vbi ſupra, & ali-
7 quando qui † nec incępit, nec pro-

promiſit eccleſiam ædificare poteſt cogi ad eccleſiam ædificandam ex cauſa neceſſitatis, vt in caſu cap. 3. de eccleſ. ædifican. aliquando enim Epiſcopus, aliquando
8 populus, aliquando † curatus cogi poteſt ad eccleſiam ædificandam, vt per Lambert. artic. 8. vbi ſupra, & per eos acquiritur iuſpatronatus.

Nunquam autem competit iuſpatronatus, niſi re perfecta, ſcilicet eccleſia funda-
9 ta, conſtructa, & dotata † competenter; nam ſi dos non ſit competens iuſpatronatus nō dicitur tunc ex dotatione; ſed ex priuilegio. Illuſtriſſimus Dominus Cardin. Mantica deciſ. 320. num. 3. Rot. Roman. & conſecrata: quod & in Altari procedit, ſecus in Hoſpitalibus, & alijs pijs locis, in quibus non cadit conſecratio, vt per Lambert. ar-
10 tic. 9. vbi ſupra, & † poteſt is, qui eccleſiam fundat, conſtruit, & dotat, iuſpatronatus ſibi, & hæredibus ſuis, & alteri extraneo reſeruare, de conſenſu tamen Epiſcopi. Lābert. artic. 10. vbi ſupra, &
11 ſi † teſtator mandet eccleſiam conſtrui per hæredem intra certum tempus, alias ſit priuatus hæreditate, ſi intra dictum tempus moriatur hæres, tenetur hæres hæredis ad illam pœnam. Lambert. artic. 11. vbi ſupra. Si
12 autem † teſtator leget centum pro eccleſia, vel cappella conſtruenda, & illa centum non ſufficiant, hæres non tenetur ſupplere; ſed illa centum conuerti poſſunt per hæredem in alium pium vſum de conſenſu Epiſcopi. Abb. in cap. nos quidem. de teſtam. vbi de hoc diſtinguit. num. 6. & 14. Lamber. artic. 12. vbi ſupra. Accedit,
13 quod ſi teſtator † mandet eccleſiam conſtrui in teſtamento imperfecto, voluntas illa eſt ſeruanda, & venientes ab inteſtato ad hoc tenentur, ſi id probari poteſt fauore piæ cauſæ. Bart. per illum text. in l. in teſtamento. ff. de fideicomm. libert. faciunt dicta per Felin. in cap. cum venerabilis. colum. 7. num. 26. de except. Lambert. artic. 13. vbi ſupra. ſi autem
14 teſtator † mandet per hæredem conſtrui Hoſpitale, hæres vice illius non poterit con-

conſtruere Monaſterium. Card. in Clement. quia contingit. quæſt. 4. num. 11. in princip. de religioſ. domibus. Lambertin. artic. 14. vbi ſupra.

CAPVT QVARTVM.

Quæ dos debeatur Eccleſiæ, & quando tradi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Dos eccleſiæ danda eſt ſufficiens, & perpetua.*
2 *Dos dicitur quia datur.*
3 *Dos Eccleſiæ partim in mobilibus eſſe debet.*
4 *Et partim in immobilibus.*
5 *Dos ſi à minore detur eccleſiæ, non requiritur decretum Iudicis.*
6 *Dos prædicta poteſt conſtitui in re empbiteutica, ſeu feudali.*
7 *Non autem in vſufructu.*
8 *Niſi aliquod precium vſuſfructus habeatur.*
9 *Dos Eccleſiæ conſtituitur ſicut mulieri.*
10 *Dos ſponte, vel coactè datur.*
11 *Dos quomodo conſtituatur.*
12 *Dos eccleſiæ habet priuilegia dotis mulierum.*
13 *Primum priuilegiũ dotis.*
14 *Secundum priuilegium.*
15 *Tertium priuilegium.*
16 *Quartum priuilegium.*
17 *Quintum priuilegium.*
18 *Sextum priuilegium.*
19 *Septimum priuilegium.*
20 *Octauum priuilegium.*
21 *Dotis priuilegia triginta-ſeptem.*
22 *Dotare coactus debet reficere expenſas litis.*
23 *Dos conſtitui debet ante conſtructionem.*
24 *Epiſcopus antequam conſentiat Eccleſiæ ædificationi, debet dotis aſſignationem habere.*
25 *Epiſcopus ſi conſecret eccleſiam indotatam, tenetur eam dotare.*
26 *Conſenſus Diœceſani requiritur in dotis datione.*
27 *Dotans inſufficienter non ſit patronus.*

28 *Etiamſi*

28 *Etiamſi Diœceſanus conſentiat, niſi ſuppleat dotem.*
29 *Dos ſi pinguis ſit, dotans poteſt aliquid annuum ſibi reſeruare.*
30 *Dans præcium pro emenda dote ſit patronus.*
31 *Iuſpatronat. acquiritur ex ſola dotatione concurrentibus alijs.*
32 *Aliquando ex conſuetudine quis ſit patronus dotando tantum.*
33 *Epiſcopus poteſt eccleſiam dotare de bonis ſuæ eccleſiæ.*
34 *Clericus ſi conſtruat eccleſiam in ſuo fundo, & dotet de bonis ſuæ eccleſiæ, ambo ſiunt patroni.*
35 *Fundans, & conſtruens cogi poſſunt ad eccleſiam dotandam.*
36 *Idem procedit in Capella, ſeu Altare.*
37 *Fundare, & conſtruere eccleſiam non ſufficit, ſed opus eſt eam dotare.*
38 *Dos quando dicatur competens, & ſufficiens.*

1 DOs de neceſſitate† debetur eccleſiæ vel pio loco ſufficiens, & perpetua, quæ tradi debet in limine fundationis, & acquiſitionis iuriſpatr. c. nemo. de conſecrat. diſt. 1. quæ dos † dicitur
2
à dando, quia communiter datur, & eccleſiæ datur (quãuis dos in alijs caſibus conſtituatur) propter onera matrimonij ſpiritualis ſupportanda, ideſt datur eccleſiæ dos ad cuſtodiendum ipſam, luminaria, & diuina officia dicendum. dicto cap. nemo, & tradit late Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. quæſt. 5. artic. 1. & quamuis in matrimonio carnali dos poſſit conſiſtere tam in bonis mobilibus, quam immobilibus
3 tamen dos eccleſiæ † partim debet conſiſtere in bonis mobilibus, vt ſunt illa, quæ ſunt neceſſaria pro eccleſia, ſcilicet veſtes ſacerdotum, ornamenta altaris, calices, patenæ, cruces, & alia, quæ requiruntur de neceſſitate, vt per Doct. in dicto c. nemo, & in c. placuit 1. q. 2. & par-
4 tim debet dicta † dos cõſiſtere in bonis immobilibus, vt ex fructibus illorum ſacerdotes & Rectores poſsint ſuſtentari, cum dos danda ſit pro clericorum ibi ſeruientium ſuſtentatione, poſſunt bene dari pro dote mobilia, vt illis ven-

venditis ex præcio emantur
immobilia. Lambert. artic. 2.
5 vbi ſupra. quæ † dos ſi à mino-
re, pubere tamen, eccleſiæ da-
tur, nullum requiritur decre-
tum Iudicis, etiam quod con-
ſiſtat in bonis immobilibus ſi-
ue fiat inter viuos ſiue in vlti-
ma voluntate, præſertim cum
in tali datione dotis ſit ne-
ceſſarius conſenſus Diœceſa-
ni, qui tanquam Iudex ordi-
narius conſentiendo ſuum vi-
detur aliquo modo decretum
interponere. Lambert. art. 3.
6 vbi ſupra: dos autem † conſti-
tui poteſt etiam in re emphi-
teutica, ſeu feudali, dummo-
do dominus directus etiam
remittat dominium: quo ca-
ſu vterque & vtilis, & dire-
ctus dominus erit patronus:
vel poteſt dari res emphiteu-
tica pro dote etiam ſine con-
ſenſu domini directi, cum
hoc, vt vendatur vtile domi-
nium, & de præcio emantur
alia bona libera. Lambertin.
vbi ſupra art. 4. & art. 6. non
7 poteſt autem † dicta dos con-
ſtitui in vſufructu, qui multis
modis extinguitur, vt habe-
tur Inſt. de vſufructu, & dos
debet eſſe perpetua. ſi vero
8 aliquod † præcium dicti vſuſ-
fructus haberi poſſit, vt de
illo emantur bona pro dote,
valet. Lambert. art. 5. vbi ſup.
9 Dos vero eccleſiæ † con-
ſtituitur fere eiſdem modis,
quibus mulieri propter omni-
modam ſimilitudinem; con-
ſtituitur autem dos ex volun-
tate, quando quis ſpontè do-
10 tem † dat, vel ex neceſſitate
quando eam dat, vt quia ec-
cleſiam fundauit, & conſtru-
xit, quo caſu cogitur eam
dotare: & dicta dos conſti-
11 tuitur pollicitatione, † ſtipu-
latione, traditione, & dele-
gatione debitoris, & aliter, vt
per Lambert. art. 7. vbi ſupra
12 Dos autem, † quæ eccleſiæ
conſtituitur, fruitur eiſdem
priuilegijs, quibus dos mu-
13 lierum, & etiam maioribus †
primum priuilegium, ſicut pa
ter cogitur dotare filiam etiã
Iudæus filiam Chriſtianam,
ita qui fundauit eccleſiam
14 licet eſſet Iudæus; ſecundum †
qui promiſit dotem tam ma-
ſculus, quam femina, nullo be
neficio poteſt iuuari; tertium
15 dos eccleſiæ † promiſſa peti
poteſt certi condictione; quar
16 tum † quia præfertur in hipo-
theca cuicumque creditori;
17 quintum † quia fingitur actio

ex ſtipulatu pro maiori vtili-
18 tate; ſextum † quod pro dote
inducitur tacita hypoteca bo
norum dantis etiam pro eui-
19 ctione; ſeptimum † bona mi-
noris etiã immobilia poſſunt
vendi pro dicta dote; octa-
20 uum † dos præfertur omnibus
creditoribus tam in actione
reali, quam perſonali etiam
prioribus tempore, & tacitã
in bonis hypothecam haben-
tibus: & triginta ſeptem pri-
21 uilegia dotis † cum multis il-
lationibus ponit Lambertin.
22 art. 8. vbi ſupra. Si † autem
quis dotare ſit coactus, de-
bebit etiam expenſas litis fa-
ctæ ſuper tali dote reſtituere
agenti Prælato, ſi fuit in ex-
penſis condemnatus; vel ſi
nullum adſit remedium,
Prælatus recuperabit expen-
ſas ex fructibus bonorum, in
dotem datorum, ne dos di-
minuatur, vt per Lambertin.
art. 9. vbi ſupra.

23 Dos autem debet † conſti-
tui ante conſtructionem ec-
cleſiæ. cap. nemo de conſecr.
diſt. 1. gloſſ. in cap. cum ſi-
cut in verbo conſecranda, &
ibi Abb. de conſecrat. eccleſ.
24 vel alt. & Epiſcopus † ante-
quam præſtet conſenſum ſu-
per eccleſiæ ædificatione, de
neceſſitate debet requirere,
quod fundans aſſignet dotem
pro ipſa eccleſia per publi-
cum inſtrumentum: & ſi Epi-
25 ſcopus eccleſiam † conſecret
non accepta dote, de ſuo eam
dotare tenetur. dicto c. cum
ſicut, & per Lambert. art. 10.
26 vbi ſupra. in cuius † dotis da-
tione requiritur Diœceſani
conſenſus, ſicut in fundatio-
ne, & conſtructione: qui Diœ-
ceſanus qualitates dotantis
exquirat, & quomodo dos ſit
conſtituenda, & an ſit con-
grua, vel ſufficiens, alias do-
tans non acquireret Iuſpatro-
natus, ſed dos libere eccleſiæ
remaneret. Ioan. Andr. in c.
nobis col. 1. de iurepatron.
Lambertin. art. 11. vbi ſupra.
27 dans † autem dotem inſuffi-
cientem non acquiret iuſpa-
tronatus, ex dicto cap. nemo
de conſecrat. diſtinct. 1. Abb.
in rubr. de iurepatron. circa
finem. Lambertin. art. 12. vbi
28 ſupra. & ſi † in datione dictæ
dotis inſufficientis conſenſe-
rit Diœceſanus, tamen non
acquirit iuſpatronatus, ſecun
dum vnam opinionem, ſed
ſecundum aliam acquiritur
dotanti iuſpatronatus, ſed ab

eo

eo poterit peti ſupplementũ. Lambertin. vbi ſupra. art. 13.
29 & ſi ſit † dos exuberans, poteſt dotans de conſenſu Epiſcopi in limine fundationis reſeruare ſibi cenſum, vel aliquod ſeruitium. cap. præterea il ſecondo, de iurepatron. vbi gloſſ. in verbo à locorum Epi-
30 ſcopis. † & qui dat præcium pro emenda dote de conſenſu Diœceſani fit patronus. Ioan. Andr. in dicto cap. nobis de iurepatr. vbi ſupra. qui enim vtitur præcio, intelligitur vti re principali. l. quia qui præcio. ff. de vſufructu. Lamber.
31 art. 14. vbi ſupra. & ex † ſola dotatione acquiritur iuſpatronatus dotanti, concurrente ſimul fundatione, & con-
32 ſtructione eccleſiæ; † vel ſi ad altare iam fundatum, & dotatum conſtituatur alius cappellanus conſtituendo dotem ſufficientem, ex ſola dotatione ex conſuetudine acquiritur iuſpatronatus in eo caſu, vt per Lambert. late vbi ſupra art. 15. quæ omnia procedunt ſi interueniat Diœceſani conſenſus, & non aliter.

33 Poteſt autem † Epiſcopus dotare aliam eccleſiam, vel cappellam de bonis propriæ eccleſiæ, ſecundum declarationem tex. in cap. Apoſtolicæ extra de donat. vbi Doct. Lambert. art. 16. vbi ſupra.
34 ſi autem † clericus in ſuo fundo cõſtruxit eccleſiam, eamq; dotauit de pecunia alterius ſuæ eccleſiæ, ambo erunt patroni, ideſt eccleſia ratione dotis, ille ratione fundi, per not. in cap. 3. de eccl. ædific. Lambertin. art. 17. vbi ſupra.
35 Is, † qui eccleſiam fundauit, & conſtruxit poteſt compelli eam dotare, quamuis regulariter in principio conſtructionis debeat dos aſsignari. ad cap. nemo de conſecrat. diſt. 1: ſed dato, quod eccleſia ſit constructa ſine dote, tamẽ conſtructor poteſt directè cõpelli officio Iudicis eccleſiaſtici, & aliter. Abb. in c. cum ſicut num. 3. & 4. de conſecr. eccleſ. vel altar. poteſt etiam indirectè compelli, ſcilicet, quod non conſecretur eccleſia, niſi prius data dote: ſi autem ſit fundata, & conſecrata, non tamen dotata, & tunc ſimiliter patronus poteſt cogi pro dote, & eius ſupplemẽto; ſi autem eo caſu patronus, vel eius hæres non eſt ſoluendo, ſed tempore conſecra-

ſecrationis fuit caute prouiſum per inſtrumentum, & tūc is tenetur, cuius culpa non fuit dos exacta; ſi autem non fuit caute prouiſum, tunc tenetur conſecrator, dummodo id fiat ſine enormi læſione eccleſiæ, & fiat de bonis patrimonialibus conſecratoris, vel de fructibus eccleſiæ ipſius. Lambert. art. 18. vbi ſu-
36 pra. idem procedit † in cappella, vel altare, ſi enim cappella, vel altare conſtruatur, conſtructor compellitur dotem etiam dare, ita Lamber. vbi ſupra. artic. 19. num. 2. verſ. ſublatis igitur, niſi ad ornatum tantum eccleſiæ altare fieret, & quamuis coactus quis dotet, tamen acquirit iuſpatronatus, vt ſupra. in cap. 3. num. 6.

Non ſufficit autem eccle-
37 ſiam fundare, † conſtruere, & dotare; ſed opus eſt eam competenter, & ſufficienter dotare, vt dicitur in cap. nemo. de conſecrat. diſtinct. 1. vbi dicitur, quod nullus ædificet eccleſiam, niſi ante aſſignet dotem, quæ ſufficiat ad luminaria, ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum: & quod dos debeat eſſe ſufficiens, eſt cap. placuit. 1. q. 2. & de hoc late pertractat Lambert. artic. 21. vbi ſupra, vbi num. 12. & ſequentibus
38 ponit octo caſus, in † quibus apparet, quando, & qualiter dos dicatur, & ſit competens & ſufficiens; vbi ponēdo dictos caſus, dicit quæ ſit dos competēs eccleſiarum cathedralium, parochialiū ſimplicium, cappellarum & ſimilium: & iſti omnes tam qui fundat, quam qui conſtruit, & dotat eccleſiam, ſunt ęqualiter patroni, vt late per Lambert. art. 22. vbi ſupra. verſic. in contrarium tamen faciunt. num. 1. & ſupra dictum eſt.

CAPVT

CAPVT QVINTVM.

Quid ſi eccleſia ſit ſine dote, & ab aliquo dotetur, an talis dotans efficiatur patronus?

SVMMARIVM.

1 *Dotans eccleſiam indotatam ſit patronus de conſenſu Diœceſani.*

2 *Ditans eccleſiam cum primo dotante ſit patronus.*

3 *Iuſpatronatus acquiritur ex ſex cauſis.*

4 *Readificatio quando quem patronum faciat.*

5 *Eccleſia tunc dicitur diruta, quando readificata eſt reconſecranda.*

6 *Dotans quando eſt diruta Eccleſia fit patronus.*

7 *Fundans diruta eccleſia patronus remanet, ſi ſuper eodem fundo readificetur.*

8 *Quid in patrono ratione deſtructionis.*

9 *Monaſterium ſi alteri vniatur, quomodo remanet iuſpatronatus.*

10 *Redotans Eccleſiam fit patronus.*

11 *Diſpoſita in fundante, conſtruente, & dotante, procedunt in refundante, readificante, & redotante.*

12 *Si in eccleſia iam perfecta erigatur beneficium, tum dotans illud, fit patronus in totum.*

1 Eccleſia † fundata, & conſtructa ſine dote reperta, ſi ab aliquo dotatur de conſenſu Diœceſani, dotans in ea acquirit iuſpatronatus; & ſi eccleſia eſt fundata, conſtructa, & conſecrata, ſed indotata, ſi dotetur cum dicto conſenſu, dotans fit patronus, dummodo dotans det bona eccleſiæ titulo dotis, non ſimplicis donationis, dũmodo etiam is, qui fundauit, & conſtruxit, id permittat, vel is, qui eam conſecrauit non ſit ſoluendo: & hæc procedunt, quando nunquam dos aliqua fuit eccleſiæ aſſignata, & de his late

Lambert. de iurepatron. lib. 1. part. 1. quæſt. 6. artic. 1. num. 5. & ſequentibus. Di-
2 tans † autem eccleſiam cum primo dotante acquirit iuſpatronatus; vel ſi eccleſia ſit iam dotata ſufficienter, & conſecrata, vel non, tunc ſi aliquis illi conferat bona dicitur benefactor, & ſic non acquirit iuſpatronatus. Lambert. vbi ſupra. artic. 2. nu. 9. quamuis Paulus de Cittadin. in ſuo tractatu de iurepatron. parte 3. in princip. ſimpliciter ponat has cauſas
3 eſſe † acquirendi iuſpatronatus, ſcilicet per fundationem, ſeu conſtructionem, per dotationem, per ditationem, per reparationem, ſeu reædificationem, per præſcriptionem, & vltimo per priuilegium, de quibus Lambert. vbi ſupra. num. 2. Ex repa-
4 ratione, ſeu † reædificatione, vel reſtauratione non acquiritur iuſpatronatus. Lamber. hic artic. 3. in princip. & nu. 11. Card. Tuſcus practic. cōcluſ. iur. littera l. concl. 601. & Cardin. Seraphin. deciſ. 555. & 907. quæ limitatur, vt procedat quando eccleſia non eſt omnino deſtructa; tunc enim reficiens non efficitur patronus; ſed ſi eccleſia funditus eſſet deſtructa, tunc ſi aliquis vult reædificare de conſenſu tamen Epiſcopi, acquiret iuſpatronatus. ſi autem antiquus patronus velit reædificare non eget Epiſcopi conſenſu. Lambertin.
5 vbi ſupra. & tunc † eccleſia dicitur diruta, quando reædificata requirit nouam conſecrationem, ſecundum c. de fabrica. vbi gloſ. in verbo innouata. de conſecrat. diſt.
6 1. primus † patronus ratione dotis adhuc eſt patronus in eccleſia diruta, et reæ-
7 dificata: & ſi † ſuper antiquo fundo reædificetur, patronus antiquus, qui dedit fundum erit adhuc patronus. Dubiū
8 eſt in † patrono, qui patronus erat ratione conſtructionis: in hoc dicas, quod cum plures ſimul cōſtruunt, ſimul ratione conſtructionis fiunt patroni, ita in hoc caſu tam is, qui primus conſtruxit, quam is, qui reædificat ratione conſtructionis fiunt ſimul patroni, à primo enim conſtructore lapides, cęmenta, & fundamenta proueniunt; ita late Lambert. vbi ſupra.

ſupra. artic. 4. num. 8. patro-
9 nus alicuius † Monaſterij, quod quia deſolatum eſt vnitur alteri Monaſterio, non efficitur patronus ſecundi Monaſterij; ſed remanet patronus tantum primi, ſi primum dotauit: ſi tamen primum Monaſterium ſit dirutum, & ſecundum, cui ſit vnio ſit omnino ſine dote, tunc quia iſta vnio eſt loco dotationis, patronus primi erit etiam patronus ſecundi ratione dictæ dotationis. Lambert. vbi
10 ſupra. art. 5. Redotans † Eccleſiam, quæ in totum dotem amiſit, acquirit in ea iuſpatronatus, & primus patronus, ideſt qui eam antiquitus dotauit nihil in ea habebit: ſi autem eccleſia dotem amiſit; ſed non in totum, & tunc ſupplens in dote non acquirit iuſpatronatus, quia tunc dicitur benefactor; ſed volente primo, de conſenſu Epiſcopi efficietur compatronus dictæ eccleſiæ cum primo patrono dotante: ita Lambertin. vbi ſupra. art. 6. num. 1. Et omnia diſpo-
11 ſita in † fundante, conſtruente, & dotante habebunt locum in nouo dante fundum, reædificante, & redotante, cum hoc tamen, quod accedat cōſenſus Ordinarij, quod non admittatur alius inuito primo fundante, & perficere volente, & alia, quæ in primo fundante procedunt, ponit Lambertin. vbi ſupra. ar-
12 tic. 7. limitatur † etiam dicta principalis concluſio, vt non procedat, ſi in eccleſia fundata, conſtructa, & dotata, & etiam conſecrata erigeretur aliqua præbenda, vel dignitas, ſeu beneficium per aliquem, & dotaretur de conſenſu Epiſcopi, ſeu ſi ſit præbenda in eccleſia collegiata de conſenſu Capituli dictæ eccleſiæ, tunc enim dotans in iſtis ſupradictis acquirit iuſpatronatus, licet non acquirat in eccleſia principali. Lambertin. artic. 8. vbi ſupra.

CAPVT SEXTVM.

Omnes poſſunt acquirere iuſpatronatus, qui non ſunt prohibiti.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de iurepatronatus eſt prohibitorium.*
2 *Mulier poteſt acquirere ius patronatus.*
3 *Maſculinum concipit fœmininum.*
4 *Mulier non acquirit iuſpatron. quoad ius proceſſionis.*
5 *Iudæus non poteſt acquirere iuſpatronatus.* 11 *Et ſi fiat chriſtianus, non recuperat.*
6 *Nec hæreticus.*
7 *Nec ſchiſmaticus.*
8 *Nec apoſtata.*
9 *Nec infamis.*
10 *Nec excommunicatus.*
12 *Nec ſimoniacus.*
13 *Eccleſia poteſt conſtrui de bonis prohibitorum donatis.*
14 *Illegitimus poteſt acquirere iuſpatronatus.*
15 *Vniuerſitas, Collegium, Ciuitas, & Capitulum poſſunt acquirere iuſpatronatus.*

1 EDictum de iurepatronatus eſt † prohibitorium, itaut omnes ex fundatione, conſtructione, & dotatione acquirere poſſint iuspatronatus, qui non ſunt à iure ſpecifice prohibiti, idque ex gratia procedit: & ratio eſt, quia in iure omnia licet, quæ non reperiuntur expreſſe prohibita. l. ſtatuas. C. de relig. & ſumpt. fun. maxime in hoc opere pio. Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. q. 7. art. 1.
2 Et ideo mulier † etiam poteſt acquirere ex cauſis prædictis iuſpatr. vt probatur ex cap. nobis de iurepatr. & ibi Inn. & Io. And. in verbo ſi quis,
3 quando enim dicitur ſi † quis, tam maſculus, quam femina continetur. l. 1. ff. de verbo. ſignif. vbi gloſ. dicit id eſſe quoad mentem legiſlatoris, cum maſculinum concipiat femininum. not. in c. ſi quis ſuadente 17. q. 3. in c. generali.

rali. de elect. lib. 6. vbi gloſ.
verbo vniuerſos, maxime
cum profertur à lege. Iaſon
in l. ſi quis id quod. num. 1. ff.
de iuriſd. omn. Iud. non ta-
4 men † mulier iuſpatr. acqui-
rit quoad ius proceſſionis, ni
ſi eſſet mulier illuſtris. Lamb.
vbi ſupra. art. 2. num. 30. &
de hac limit. num. 48. ibidem.
5 Iudæus autem † nullo modo
poteſt acquirere iuſpatr. ec-
cleſiarum, c. piæ mentis. cap.
Frigentius, & c. quicunque
fidelium. 16. q. 7. late Lam-
bert. art. 3. & præſertim num.
6 21. ſed † eccleſia, ſeu altare
erit liberæ collationis. Lam-
bert. art. 9. Hæreticus etiam
nullo modo poteſt ex cauſis
ſupradictis aliquid faciendo
acquirere iuſpatronatus ec-
cleſiarum, nec ex ſucceſſione
per dictum c. piæ mentis, &
ſeq. eſt enim infidelis, & extra
eccleſiam. c. 1. 2. & 3. de hę-
reticis. c. firmiſſime. de hære-
ticis, & dicuntur porci hęre-
tici. c. in mandatis diſt. 43. &
de hoc latè Lambert. art. 4.
num. 4. & ſeq. vbi ſupra.
Schiſmaticus ſtrictiſſime ſum-
7 ptus † pro eo, qui diuidit ſe
ab vnitate eccleſiæ Romanæ,
conſtituendo ſibi eccleſiam,
& ſacerdotes, vt per Abb. in
rubr. in princ. ext. de ſchiſ-
maticis. talis tanquam verè
hereticus, & infidelis non
acquirit iuſpatr. ſi tamen à
ſchiſmate reuertatur, & ad-
mittatur ad eccleſiæ vnitatē,
recuperat iuſpatr. eccleſiæ ab
eo fundatæ, dum erat in ſchiſ-
mate, de hoc vide Lambert.
vbi ſupra. art. 5. num. 3. & 6.
8 idem fere † in apoſtata. Lam-
bert. art. 7. & 11. Infames
9 etiam † acquirunt iuſpatr. tā-
tum habitu non actu. Lam-
bert. vbi ſupra art. 8. quia eſt
ius honorificum, quod non
competit infamibus. Din. in
c. infamibus. de reg. iur. lib.
6. Excommunicatus ante
10 † factum non acquirit iuſpatr.
ideſt non eſt habilis ad iuſ-
patr. nec debet admitti, &
male facit Epiſcopus illum
admittendo. ſed poſt factum,
ideſt poſt quam ædificauit ec-
cleſiam, vel alia fecit cum
conſenſu Epiſcopi, qui illum
admiſit, bene efficitur patro-
nus, ſed exercitium non
habet, ideſt non exercebit,
donec erit excommunicatus,
ea, quæ pertinent ad patro-
num ante abſolutionem. cap.
nobis. de iurepatr. & ibi Car-
din.

din. num. 6. q. 5. & Abb. nu. 3. & communiter Doct. Lambert. vbi ſupra. art. 10. & 11.
11 vbi quid † ſi Iudæus fit Chriſtianus, an recuperet iuſpatronatus eccleſiæ fundatæ, dum erat Iudæus, & quid de Hæretico conuerſo? pari ratione
12 ſimoniacus † nõ acquirit iuſpatronatus, cum & ipſe ſit Hæreticus, Hoſt. in ſumma. tit. de Hæret. §. 1.
13 Si autem infamis † excommunicatus, vel ſimiles donẽt bona ſua Seio, poteſt iſte donatarius eccleſiam conſtruere & dotare, & acquirere iuſpatronatus, prout in ſimili gloſſ. in cap. vnico de iurepatron. lib. 6. verbo ſemeſtre, niſi res ſubiaceant reſtitutio-
14 ni. Illegitimè † autẽ nati ſunt capaces omni caſu iuriſpatronatus. Lambertin. dicta q. 7. art. 13. & pupillus, & infans. cap. nobis. de iurepatronatus qui textus generaliter loqui-
15 tur. perſonæ etiam † fictæ ſunt capaces, & acquirunt iuſpatronatus, vt Vniuerſitas, Ciuitas, Capitulum, Collegium. gloſſ. 1. in cap. piæ mentis 16. q. 7. & eſt communis opinio, de qua Archidiac. in c. ſi plures. 16. q. 7. & Card. in Clement. plures. §. finali q. 3. nu. 3. de iurepatronatus.

CAPVT SEPTIMVM.

Quid dicendum de eccleſia matrice, intra cuius limites fundatur eccleſia, an matrix efficiatur patrona nouæ Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia matrix, quando fiat patrona eccleſiæ fundatæ intra ſuos limites.*

2 *Papa eſt ſupra omne iuſpatronatus.*

3 *Capella ſi erigatur in Eccleſia, ratione fundi eccleſia fit patrona.*

4 *Rector ædificans eccleſiam de bonis ſuæ eccleſiæ, eccleſiæ acqui-*

acquirit iuſpatronatus.

5 *Vaſſallus ſi ædificet eccleſiam quando fiat patronus.*

6 *Conſtituti ſub alterius poteſtate ædificantes eccleſiam non fiunt patroni.*

7 *Meretrix poteſt acquirere iuſpatronatus, ſed non habet illius exercitium durante meretricio.*

8 *Eccleſia ſi ſit ad eſſe deducta de bonis reſtitutioni ſubiectis quid agendum.*

1 ECcleſia matrix † non efficitur patrona eccleſiæ de nouo fundatæ intra eius Parrochiam, ſeu limites, ex eo tantum, quia ſit intra eius limites, niſi dederit fundum, conſtruxerit, vel dotauerit. Abb. in cap. 3. num. 8. de eccleſ. ædifican. vbi de communi. vide Cardin. Tuſcum pract. concluſ. iuris littera I. concluſ. 598. Pari ratione Epiſcopus non erit patronus Eccleſiæ fundatæ in ſua Diœceſi, nec legatus de latere in eccleſia fundata intra limites ſuæ legationis, niſi alia fecerint, dando fundum, vel ſimilia: ſi tamen Epiſcopus ædificet eccleſiam in aliena diœceſi acquiret in ea iuſpatronatus. cap. 1. 16. q. 3.

2 Papa † autem eſt ſupra omne iuſpatronatus ex mero iure ratione ſupremi dominij vniuerſalis eccleſiæ. Abb. in dicto cap. 3. num. 2. de iurepatron. & ideo ad libitum confert eccleſias patronatas abſque præſentatione patronorum, cum habeat omne ius in quibuſcunque beneficijs pleniſſimum: nec etiã Plebs, ſeu Populus, ſeu Parrochia acquirit iuſpatr. eccleſiæ, eo quia intra propriam Parochiam fundata ſit; ſi autem † ædificatur Cappella intus corpus

3 eccleſiæ, tunc eccleſia ratione fundi erit patrona cum ædificante, & dotante. Abb. in cap. 3. de eccleſ. ædifican. num. 14. colum. 3. quamuis aliter hodie ex generali conſuetudine ſeruetur, vt ſupra

4 dictum eſt. Sed † ſi Prælatus, vel Rector alicuius Eccleſiæ de redditibus, vel bonis eccleſiæ aliam eccleſiam, vel cappellam ædificauit, tunc eccleſia cuius cõſtruens erat Rector, erit patrona. cap. Apoſtolicos. in fine. & ibi Archidiac. 12. quæſt. 2. Omnia enim acquiſita per Prælatum præſumuntur acquiſita de bo-

bonis eccleſiæ. cap. 1. de pe-
cul. cleric. ſed ſi credi poſſit,
quod ex patrimonio Rectoris
partim ſit fundata, tunc fiet
diuiſio iuriſpatronatus inter
eccleſiã, & hæredes Rectoris
pro rata, vt per Abb. in c. 3.
num. 3. de pecul cleric. Ea-
5 dem ratione † Vaſallus con-
ſtruens eccleſiam de faculta-
tibus feudi non tranſitorij ad
ſuos hæredes, non acquirit
iuſpatronatus: & de ſupradi-
ctis vide Felin. in cap. cum
venerabilis. num. 33. & ſe-
quentibus. de exception. vel
dicas ſecundum Lambert. de
iurepatronatus. lib. 1. par. 1.
quæſt. 8. principali. artic. 8.
6 num. 6. nec † etiam alij con-
ſtituti in alterius poteſtate,
vt filijfam. ſerui, monachi ſi
eccleſias ędificent acquirunt
iuſpatronatus, cum hi non
habeant liberam rerum ad-
miniſtrationem. l. placet. ff.
de acquiren. hæred. Authen.
ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ.
niſi filiusfamiliãs haberet pe
culium caſtrenſe, vel quaſi,
in quo, vt paterfamiiias ha-
betur. §. 1. Inſt. qui teſtam.
fac. poſſ. ſed filius patri ac-
quirit, ſeruus domino, mona-
chus monaſterio.

7 Meretrix † autem poteſt
ædificare eccleſiam, etiam
ex male quæſitis ex meretri-
cio, & iuſpatronatus acqui-
rit; ſed durante meretricio
tanquam infamis, & excom-
municata carebit illius exer-
citio, quia præſentare non
poterit, prout dicitur de alijs
criminoſis. Lambertin. vbi
ſupra. artic. 10. & ſic eccle-
ſia fundari poteſt de male
quæſitis, quorum dominium
abſque obligatione reſtitu-
tionis translatum eſt in acci-
pientem: ſed de male quæ-
ſitis, & reſtitutioni obnoxijs
minime, nec etiam de fructi-
bus ex dictis rebus quæſitis.
gloſ. in verbo ex illicitis re-
bus in cap. non eſt putanda.
1. quæſt. 1. & gloſ. ſummæ
8 14. quæſt. 5. Si autem † ec-
cleſia fuerit conſtructa de
male quæſitis obnoxijs reſti-
tutioni, non per hoc debet de
ſtrui. gloſſ. dicto cap. non eſt
putanda; ſed Epiſcopus, qui
illam conſecrauit, tenetur re-
ſtituere æſtimationem domi-
nis bonorum in eccleſiam
translatorum. c. comperimus
14. quæſt. 6. cap. aurum
12. quæſt. 2. & in dictis lo-
cis gloſ. vbi Archidiac. quod
pro-

procedit ſi non poſſit haberi recurſus ad conſtruentem, vel dotantem, quo caſu iuſpatronatus acquiritur illi eccleſiæ, cui facta eſt iniuria, ſicuti & prætium iuriſpatronatus venditi applicatur illi eccleſiæ, cui eſt facta iniuria. ad notata in cap. de iure. & cap. quia clerici, & ibi gloſſa vlt. de iurepatronatus.

CAPVT OCTAVVM.

An fundantes, conſtruentes, ſeu dotantes Eccleſias, ſeu Cappellas poſſint ſibi aliquid reſeruare, vel conditionem apponere in fundatione?

SVMMARIVM.

1 *Fundans, conſtruens, & dotans eccleſiam poßunt ſibi aliquid reſeruare, vel conditionem apponere cum conſenſu Diœceſani.*

2 *Si id fiat in limine fundationis.*

3 *Etiam ſi ſint perſonæ Eccleſiaſticæ.*

4 *Exemplum eorum, quæ ſolent in limine fundationis apponi.*

5 *Pacta in limine fundationis appoſita ſunt ſeruanda.*

6 *Pœna in caſu, quo contra fieret, quando ſeruetur.*

1 NVnc neceſſario † videndum eſt, an fundantes, conſtruentes, vel dotantes eccleſias, vel capellas poſſint ſibi aliquid reſeruare pecuniæ, vel ſeruitij, vel aliquam conditionem apponere, vel pacta: & poſſunt hæc facere, dummodo ſint rationi, & iuri communi conſona, & non diſponant de ſpiritualibus; dummodo ſi contra fiant, pacta cum conſenſu fiant, & auctoritate Diœceſani. ad cap. cum dilectus. vbi gloſ. in verbo conſtitutum de conſuetud. & c. nobis. de iurepatronatus vbi gloſ. in verbo niſi aliter. cap. ve-

verum. de condit. appoſit. facit Rot. Rom. in antiquis de teſtam. deciſ. 4. & declarat Card. in dicta clem. quia contingit num. 5. de relig. domib. per cap. eleutherius
2 18. q. 2. Et hæc † procedunt ſi in limine fundationis apponantur cum dicto conſenſu, non autem poſtquam eccleſia eſt fundata, conſtructa, vel dotata. Abb. in cap. præterea 23. num. 3. de iurepatronatus. Card. in dicta clement. quia contingit. nu.
3 5. Quæ procedunt † etiam ſi patronus eſſet perſona eccleſiaſtica. cap. ſignificatum, vbi Abb. num. 1. de præbend. & ſupradictæ adeo procedunt, vt poſſit fundator in limine
4 fundationis decernere, † vt beneficium conferatur illis tantum de ſua conſanguinitate, vel quod tot miſſæ celebrentur, vel quod tempus ad præſentandum abbreuiaretur, vel prorogaretur, vel quod poſsit præſentare in eccleſia collegiata, & quod ſemel præſentatos, & inſtitutos mutare poſsit quoties ei videbitur, & aliter vt per Lamb. q. 9. artic. 1. libro 1. part. 1. per totum. Et pacta
5 in limine † fundationis appoſita debent ſeruari, nec mutari debent, etiam ſi fuerit pactum appoſitum, tale beneficium poſſe poſsideri abſque inſtitutione, & quod prædeceſſor tantum eligat ſucceſſorem, nec aliud requiratur. late Lambert. vbi ſupra art. 3. Cardin. Serafin.
6 deciſ. 774. † & ſi in limine fundationis ſit facta reſeruatio de conſenſu Epiſcopi, & in caſu, quo contra fieret adeſſet pœna, eſt ſeruanda, ſi res ſacra ad aliam rem ſacram pro pœna reuertatur. c. verum. de cond. appoſit. & tandem circa hæc videatur Felin. in cap. cum venerabilis. de except. num. 39.

CAPVT

CAPVT NONVM.

Quando competat iuſpatronatus, ſeu ius præſentandi ei, qui non eſt patronus, etiam ſi non fundauerit, conſtruxerit, vel dotauerit.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus quibus modis acquiratur.*

2 *Patronus aliquando quis ſit, etiamſi nihil faciat.*

3 *Iuſpatronatus aliquando competit ex priuilegio.*

4 *Etiam in Eccleſia cathedrali.*

5 *Patronus ex priuilegio an reputetur laicus, vel eccleſiaſticus.*

6 *Epiſcopus non poteſt Eccleſiam liberam efficere patronatam.*

7 *Iuſpatronatus competit laicis ex gratia.*

8 *Dotans Eccleſiam indotatam quando fiat patronus.*

9 *Eccleſia libera nunquam poteſt fieri patronata, nec per præſcriptionem.*

10 *Niſi concurrat tempus immemorabile.*

11 *Quo caſu non procederet, ſi ab initio conſtaret Eccleſiam fuiſſe liberam.*

12 *Præſcribens vniuerſitatem præſcribit iuſpatronatus in ea conſiſtens.*

13 *Eccleſia poteſt præſcribere aliam Eccleſiam.*

14 *Populus quamuis nequeat præſcribere Eccleſiam liberam, poteſt tamen aliquod ius acquirere.*

1 HActenus † viſum eſt, quod iuſpatron. cauſatur, & acquiritur ex fundatione, conſtructione, & dotatione patroni, & ſic ex tribus cauſis ſupradictis, quamuis alij addant acquiri ex ditatione, reparatione ſeu reædifi-

dificatione; de reædificatione, per quam quando quis fit patronus, vide Illuſtriſsimum Cardin. Seraph. deciſ. 518. 555. & 907. quæ cauſæ ſub alijs ſupradictis comprehenduntur. Competit tamen aliquo caſu ius præſentandi
2 præter † cauſas ſupradictas ei, qui non eſt patronus, quando ex conceſsione temporalium eccleſiæ facta perſonis religioſis transfertur in eas ius præſentandi Rectorem ad dictam eccleſiam. Abb. in cap. de Monachis. num. 1. 2. & 3. de præben. quæ præſentatio eo caſu non competit ratione iuriſpatronatus, ſed ratione alterius iuris, quod habet Monaſterium in eccleſia ſubiecta. Bene verum eſt quod iuſpatrona-
3 tus competit aliquando † ex priuilegio, ſeu præſcriptione: acquiritur iuſpatronatus ex priuilegio Papæ. Abb. conſil. 28. par. 2. Cardin. Serafin. deciſ. 1395. quod iuſpatron. ex priuilegio competens fuit ſublatum à Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 9. concedit etiam plus laicis ſcilicet facultatem eligendi, & conferendi. cap. in ſynodo; vbi gloſſ. in verbo, ac per hoc. cap. Adrianus diſtinct. 63. Doct. in cap. cum Bertoldus de re iudic. Cardin. in Clementin. plures. num. 5. in fine de iurepatronatus. faciunt adducta per Felin. in cap. 1. num. 24. & ſequentibus de conſtitut. quod iuſ-
4 patronatus, † ex priuilegio Papæ etiam in eccleſia Cathedrali competit. Præpoſitus in cap. hortamur column. prima. diſtinct. 71. An autem
5 patronus † talis ex priuilegio reputetur laicus, vel eccleſiaſticus, videas Abb. dicto conſil. 28. & Cardin. in Clementin. per litteras de præben. num. 4.

6 Epiſcopus autem † non poteſt eccleſiam liberam efficere patronatam, & ſic facere ex priuilegio patronum etiam de conſenſu Capituli. Abb. conſil. 106. num. 4. par. 2. & dicto conſil. 28. iuſpa-
7 tron. † enim competit laicis ex gratia ex dictis tribus cauſis, fundatione, conſtructione, & dotatione. cap. 3. cap. nobis de iurepatronatus. cap. piæ mentis 16. quæſt. 7. ſi

hoc

hoc eſt ex gratia, non poteſt
extendi, niſi à Papa, qui eſt
Legiſlator, niſi eſſet eccle-
8 ſia indotata; nam † tunc
dans dotem de conſenſu E-
piſcopi fit patronus. Abb.
dicto cap. 3. nu. 9. qui con-
ſenſus hoc caſu eſt priuile-
giatiuus, cum iam eſſet ec-
cleſia conſtructa; ſed eccle-
9 ſia libera † fundata, con-
ſtructa, & dotata, & quæ
ſemper manſit libera, non
poteſt per laicos aliquos vel
clericos, ſeu per illius Pa-
rochianos iuſpatronatus in
ea præſcribi, adeo vt non
ſit amplius libera, ſed pa-
tronata. ita Archidiac. in
dicto can. hortamur. diſtinct.
71. Abb. in cap. quereſam.
de elect. num. 9. Felin. in
cap. cauſam. num. 7. de præ-
10 ſcription. ſed ſi cum † præ-
ſcriptione allegaretur, & con
curreret tempus, cuius ini-
tij memoria non extat, tunc
quia ex tali tempore titulus
præſumitur iuſpatronatus, ec
cleſia non diceretur libera;
ſed patronata. ita procedit
opinio Ioan. Andr. in cap.
quod alicui. de reg. iur. lib.
6. ita Felin. in dicto cap. cau-
ſam. vide Cardin. Tuſcum
practic. concluſ. iuris. lit. I.
11 concluſ. 604. Quod non †
procederet ſi conſtaret ec-
cleſiam ab initio fuiſſe libe-
ram. Card. in dicta clemen.
plures. num. 5. in fine. de iu-
repatron. bene verum eſt,
quod poſſet allegari priuile-
gium Papæ; cuius priuilegij
vigore dicatur ſemper facta
præſentatio: quæ concluſio
de præſcriptione ſupradicta
poteſt ampliari, & reſtringi,
prout ponit Lambert. dicta
quæſt. 10. artic. 5. num. 47.
12 vbi ſupra. Præſcribens † au-
tem vniuerſitatem bonorum
præſcribit etiam iuſpatrona-
tus, & ius præſentandi ad ec-
cleſiam patronatam in dicta
Vniuerſitate exiſtens. Felin.
in dicto cap. cauſam. num. 8.
de præſcriptionib. qui dicit
hanc eſſe magis communem.
13 Eccleſia autem † poteſt præ-
ſcribere aliam eccleſiam etiã
liberam ſpatio quadraginta
annorum cum bona fide.
cap. cura. de iurepatron. vbi
14 Abb. & alij. Quamuis † au-
tem populus non poſſit præ-
ſcribere eccleſiam liberam,
poteſt tamen populo com-
petere vi præſcriptionis quæ-
dam præſentatio per viam

ſimplicis petitionis, vt quando populus preces porrigit Ordinario, vt talem Rectorem in Eccleſia inſtituat populo carum, & gratum. ad text. in cap. quod Dei timorem. de ſtatu Monachorum. can. 1. diſtinct. 23. canone 1. diſtinct. 61. can. de Petro diſtinct. 47. can. 1. diſtinct. 24. Archidiac. in dicto can. hortamur. diſtinct. 71. Dec. conſil. 117. 129. & 134. Quo caſu dubium eſt, an Prælatus poſſit recuſare petitum à Populo.

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS

continet in quibus Eccleſijs, Cappellis, Beneficijs, vel alijs pijs locis cadat iuſpatronatus.

CAPVT PRIMVM.

Iuſpatronatus haberi poteſt in Eccleſijs cathedralibus, Monaſterijs, in Eccleſijs curatis, in Cappella, Altari, & Baſilica.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus quibus in locis acquiratur.*

2 *Iuſpatronatus haberi poteſt etiam in Cathedrali.*

3 *Et in eccleſia Collegiata.*

4 *Et in Monaſterijs.*

5 *In Parochiali.*

6 *In Capellis.*

7 *In Altari immobili.*

8 *Et in Baſilica.*

HActenus qualiter, & per quos iuſpatronatus acquiratur ſatis dictum eſt: nunc dicendum eſt, quod

1 iuſpatronatus † acquiritur in omnibus eccleſijs, Capellis, altaribus, & pijs locis. gloſſ. in cap. piæ mentis, & cap. filijs 16. quæſt. 7. & toto tit. de iurepatronatus. & facit ipſa definitio iuriſpatronatus. Card. & alij in cap. poſtulaſti de iurepatronatus. Card. in Clement. 2. quæſt. 11. de iurepatronat.

2 Primo, iuſpatronatus † haberi poteſt in eccleſijs cathedralibus per laicos ex Papæ priuilegio. Præpoſit. in can. hortamur. diſt. 71. qui patronus non Epiſcopum, ſed alios

beneficiatos dictæ eccleſiæ præſentabit. Præpoſitus in can. imperium diſt. 10. quia Papa Epiſcopos facit; ſed dictus patronus habebit alios fructus iuriſpatronatus, excepta dicta præſentatione Epiſcopi. cap. venerabilem. de elect. & cap. nobis de iurepatronatus.

3 Secundo, competit iuſpatronatus † laico in eccleſia collegiata. dicto cap. nobis. excepta præſentatione Prælati, niſi hæc expreſsè conceſſa ſit in fundatione. gloſſ. in dicto cap. nobis. in verbo niſi aliter.

4 Tertio, competit † laicis iuſpatronatus etiam in Monaſterijs, excepta tamen præſentatione. cap. Monaſterium 16. quæſt. 7. dicto cap. nobis, & cap. cum dilectus. de conſuetud. Abb. in conſil. 59. par. 2. num. 3. ſi in fundatione id fiat. Cardin. Serafin. deciſ. 1305.

5 Quarto, competit iuſpatronatus † in Plebanatu, ſeu in eccleſia parochiali per ſupradicta, & cum pleno fructu iuriſpatronatus, cum in ea non ſit Collegium. dicto cap. nobis. à contrario ſenſu.

Quinto, competit iuſpatro-
6 natus † in Capellis. dicto cap. nobis. Abb. in dicto conſ. 59. num. 3. exceptis capellis fundatis in eccleſijs regularibus Monachorum, vel mendicantium: erunt tamen patroni tales fundatores tãtum quo ad ius honoris, ſcilicet proceſſionis, & prælationis in eccleſia, vel Capella, vt in dicto cap. nobis. & quo ad ius oneris, vt in cap. filijs 16. q. 7.

Sexto, competit iuſpatro-
7 natus † in altari immobili ex fundatione, &c. aliquando enim capella pro altari, & altare pro capella ponitur. cap. ſi quis in primo, 17. quæſt. 4. cap. quæſitum 1. q. 3. Abb. in conſ. 59. par. 1. dummodo altare, & capella conſtruatur de conſenſu ordinarij, & alterius in eccleſia ius habētis. Altaris autem portatilis non acquiritur iuſpatronatus, cum non ſit perpetuum, niſi aliter ex priuilegio Papæ eſſet conceſſum, & in perſona eccleſiaſtica, vt per Lambert. art. 9. quæſt. 11. princip. 1. par. libri primi.

8 Septimo, competit laicis † iuſpatronatus Baſilicæ, id eſt eccleſię non conſecratæ, quãuis

uis eccleſia, & baſilica ſint hodie ſynonima; Abb. in Rubr. de conſecrat. eccleſ. vel altar. num. 3. etiam ante conſecrationem in baſilica iuſpatronatus acquiritur cap. nemo de conſecrat. diſt. 1. & cap. nobis de iurepatron.

CAPVT SECVNDVM.

Iuſpatronatus haberi poteſt in Hoſpitali, Oratorio, Collegio, & Sedilibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus haberi poteſt in Hoſpitali.*
2 *Et in Oratorio.*
3 *Iuſpatronatus haberi non poteſt in ſepulchro.*
4 *Nec in Collegio ſcholariũ.*
5 *Niſi eſſet Collegium Religioſum.*
6 *Campi ſancti Piſarum miranda.*
7 *Iuſpatronatus cadit in Sedilibus.*

1 Competit etiam † iuſpatronatus in Hoſpitali Religioſo. Felin. in cap. de quarta num. 14. de præſcription. habetur in cap. inter dilectos. vbi Abb. de donat. dummodo conſtruatur cum conſenſu Epiſcopi, vt per Hoſtienſ. in ſumma in tit. de Relig. domib. §. quis dicatur locus Religioſus: & eccleſia, & Hoſpitale in decem & nouẽ caſibus æquiparantur, vt per Felin. in dicto cap. de quarta num. 3. vſque ad nonum.

2 Competit etiam† iuſpatronatus in Oratorio Religioſo cum conſenſu Epiſcopi conſtructo, cũ Hoſpitale, & Oratorium æquiparentur. Abb. in cap. vlt. num. 4. de cenſib. de hoc Innoc. Cardin. & Abb. in dicto cap. inter dilectos. de donation. Super ſepulchro au-
3 tem † non acquiritur iuſpatronatus, poteſt tamen large appellari patronus ſepulchri is qui habet ius in ſepulchro.
4 Nec etiam† in Collegio ſcholarium

larium cadit iuſpatronatus niſi largè, cum non ſit quid Eccleſiaſticum, ſeu Religioſum. Rocch. de Curte de iurepatr. in verbo in eccleſia quæſt. 5.
5 & 6. niſi eſſet † Collegium Religioſum fundatum nedum ab eccleſiaſtico, ſed etiam de conſenſu Ordinarij, ipſiq; Ordinario ſubiectum, & ſuppoſitum: quo caſu dici poteſt in eo competere iuſpatronatus, vt eſt Piſis Collegium Puteanum ſubiectum Archiepiſcopo Piſano, erectum fundatum, & dotatum anno 1605. ab Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Domino Domino Carolo Antonio Puteo Pedemontano Archiepiſcopo Piſano, Inſularum Corſicæ, & Sardineæ Primate, & in eis Legato nato, viro integerrimo, & felicis recordationis, qui nedum dictum Collegiũ fundauit, verumetiam inſignem Capellam Diuo Hieronymo dicatam fundauit, conſtruxit, & dotauit in vetuſto, & ampliſſimo Campo ſancto Piſarum, vbi ſepultus fuit:
6 (de quo † Campo ſancto toto ex marmore confecto, & picturis mirabilibus exornato, illud inſigne eſt & admirabile, quod terra ibi poſita, quam Vbaldus de Lanfranchis Archiepiſcopus Piſanus Dux claſſis Piſanæ anno Domini 1190. rediens Hieroſolima Piſas tulit, Cadauera breuiſſimo tempore cõſumit, & in cinerem redigit) hic pius vir, & pro pauperibus medendis Piſarum certum redditum conſtituit, Medicos, Chirurgos, & Aromatharios deſtinauit, quam piam operam magnificæ Domui Miſericordiæ commendauit. Pari mo-
7 do cadit † Iuſpatronatus in Sedilibus, & Banchis in eccleſia factis, & affixis, quod dicitur iuſpatronatus laicale large. Cardin. in cap. penult. num. 2. circa finem de ſepult.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS

Continet quomodo iuſpatronatus feratur de vno in alium.

CAPVT PRIMVM.

Continet modos, quibus iuſpatronatus transfertur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus transfertur quatuor modis.*
2 *Transfertur cum vera Vniuerſitate acceſſorij.*
3 *Si principaliter transferatur, requiritur Epiſcopi conſenſus.*
4 *Præſertim ſi transferatur in laicum.*
5 *Iuſpatronatus transfertur in legato.*
6 *Ratio quare tunc Epiſcopi conſenſus requiratur.*
7 *Aliquando requiritur conſenſus Inferioris.*
8 *Capitulum Piſanum habet iura Epiſcopalia.*
9 *Et conſentit in tranſlatione certorum beneficiorum.*
10 *Conſenſus prædictus debet eſſe expreſſus.*
11 *Niſi eſſet tacitus ſufficiens.*
12 *Et in dubio dictus conſenſus præſumitur.*
13 *Cõſenſus an requiratur quãdo iuſpatronatus transfertur inter compatronos.*
14 *Et dictus conſenſus non requiritur, quando eccleſia donat iuſpatronatus eccleſiæ.*
15 *Conſenſus debet eſſe ordinarij loci, in quo eſt eccleſia.*
16 *Si iuſpatronatus donetur eccleſiæ patronatæ, ipſa fit libera.*
17 *Si donatio fiat eccleſiæ à*

 laico

laico detentore, requiritur conſenſus prædictus.

18 *Conſenſus præſtitus ex poſt facto valet in translatione iuriſpatronatus inter laicos.*

19 *Conſenſus prædictus non poteſt interuenire poſt mortem teſtatoris.*

20 *Licet aliquando ſeruetur contrarium.*

21 *Concurrẽtibus pluribus donationibus præualet confirmata ab Epiſcopo.*

22 *Donatio ſi duplex reperiatur iuſpatronatus, & confirmata, præualet prima.*

23 *Si ſecunda ſola habeat conſenſum, valet.*

24 *Si ordinarius nolet conſentire, cogitur.*

25 *Et ponitur ratio.*

26 *Ordinarius non cogitur conſentire volenti dotare eccleſiam fundatam.*

27 *Iuſpatronatus remanet penes donantem nolente ordinario conſentire donationi.*

28 *Iuſpatronatus competit hæredi extraneo à die adita hæreditatis, ſiue à die, quo ſe immiſcuit.*

29 *Plures hæredes, alias donatarij ſunt patroni inſolidum.*

30 *Diuiſio in iurcpatronatus quomodo cadat.*

31 *Iuſpatronat. diuiditur quo ad præſentationem.*

32 *Conſuetudo Piſana in diuiſione iuriſpatronatus.*

33 *Iuſpatronatus tranſit in hæredes per ſtirpes, non per capita.*

34 *Si vnus ſit patronus, & moriatur, filij ſuccedunt in capita.*

35 *De computatione vocum hæredum deſcendentium à patronis.*

36 *Si plures hæredes diſcordent, quid ſit.*

37 *Quid ſi non appareant primitiuæ voces.*

38 *Iuſpatronatus transfertur aliquando ſub nomine collectiuo.*

39 *Plures contenti ſub nomine collectiuo habẽtur pro vno.*

40 *Succeſſio, & translatio iuriſpatronatus eſt ex gratia.*

HActenus vidimus, qualiter acquiratur Iuſpatronatus ex fundatione, conſtructione, ſeu dotatione, vel ex Papæ priuilegio: nunc videndum, quomodo iuſpatronatus transferatur de vno in alium. Transfertur au-
1 tem † iuſpatronatus de vno in alium principaliter quatuor

tuor modis. gloſſ. in cap. piæ mentis. 16. quæſt. 7. in verbo, fundatione. Card. Tuſc. pract. concl. iuris. lit. I. concluſ. 613. num. 17.

Primo ſucceſſione. c. conſiderandum. 16. q. 7.

Secundo donatione. cap. ex inſinuatione. de iurepatron.

Tertio permutatione. cap. nemini. 16. quæſt. 7.

Quarto venditione cum Vniuerſitate bonorum, in qua ſit iuſpatronatus. c. cum ſeculum. de iurepatron. & ibi gloſ. in verbo emptorum, quę ait, Iura patronata tranſire facit nouus hæres, res permutata, donatio, venditioque. Innocen. Abb. & alij in rubr. de iurepatron. & in talibus translationibus videre oportet, an requiratur conſenſus Diœceſani.

2 Si igitur † transferatur iuſpatronatus cum vera Vniuerſitate, ſcilicet hæreditate, ex qua quis ſuccedit, vel quia emit hæreditatem, vel Villam, ſeu Caſtrum, & tunc dictus conſenſus non requiritur. cap. ex litteris, & c. cum ſeculum. & ibi Abb. de iurepatron. tunc enim transferatur acceſſorie. Cardin. Mantica deciſ. 140. num. 2. Cardin. Tuſcus vbi ſupra concl.

3 612. in fine. Si autem † principaliter, & de per ſe tranſferatur iuſpatronatus, tunc ſi inter viuos ex contractu, vt ex donatione transferatur in eccleſiam, vel locum religioſum, & tunc non requiritur dictus conſenſus. cap. vnico. de iurepatron. lib. 6. Abb. in cap. illud. de iurepatron. num. 4. quod ſi in

4 laicum † transferatur, neceſſario requiritur dictus conſenſus. Card. Mantica deciſ. 86. n. 5. Farinac. p. 1. to. 2. deciſ. 686. n. 3. Abb. d. c. illud. n. 5.

5 Si autem † transferatur ex vltima voluntate, ex titulo particulari, puta ex legato; tunc ſi legetur eccleſiæ, non requiritur: ſi fiat laico, vel clerico recipienti nomine proprio, requiritur dictus conſenſus. Abb. in dicto cap. cum ſeculum. num. 6. & cap. illud. num. 4. de iurepatron.

6 Ratio † autem quare conſenſus prædictus requiratur in tali translatione, eſt, vt aduertat Ordinarius an interuenerit labes ſimoniaca. Abb. in dicto cap. illud. num. 6. vel quia

quia ſicuti in fundatione reſeruatur iuſpatronatus cum dicto conſenſu ex gratia, & ſic fit capax laicus iuriſpatronatus; ita in translatione per dictum conſenſum inducitur dicta capacitas in eum, in quem fit translatio. ita Lambertin. hic. artic. 4. lib. 1. par. 2. q. 1. Similiter re-
7 quiritur † aliquando conſenſus inferioris Epiſcopalia iura habentis. Abb. conſil. 59. & 89. num. 1. par. 2. non tamen requiritur conſenſus Capituli copulatiue cum conſenſu Epiſcopi. Cardin. & alij in dicto cap. illud. vbi de conſenſu Epiſcopi tantum faciunt mentionem, vbi nunquam de conſenſu Capituli fit mentio; ſed ſolum de conſenſu Epiſcopi. Quod tamen non procedit in Capitulo Primatialis eccleſię Pi-
8 ſanæ, quod habet † iura epiſcopalia, & fere omnes Cappellaniæ dictæ eccleſiæ ad inſtitutionem dicti Capituli pertinent, & quædam alia beneficia in Vrbe, & Diœceſi Piſana exiſtentia, & aliqui canonicatus dictæ eccleſiæ; & in translatione iuriſpatronatus dictorum bene-
9 ficiorum, † ſemper ſolum Capitulum præſtat conſenſum tanquam Ordinarius in hac parte, & ita ego tanquam Decanus dictæ eccleſiæ pluries votum meum dedi circa conſenſum talium trans-
10 lationum. Qui † conſenſus in dictis translationibus ſemper debet eſſe expreſſus, cum Ordinarius debeat indagare, an aliqua in translatione fraus interuenerit. ad notata in dicto cap. illud. de iu-
11 repatron. niſi † patronus abſque dicto cōſenſu fuerit ſcienter admiſſus ab Ordinario ad ea, quæ ſpectant ad patronum, tunc enim talis tacitus conſenſus ſufficit. ita procedit dictum Card. in cap. cura. num. 3. de iurepatron. & ideo tali caſu etiam in dubio præſumitur interueniſſe talis
12 conſenſus. Si tamen † talis donatio ſit facta ſine Epiſcopi conſenſu, legitima præſcriptione præſumitur, id eſt quadragenaria. cap. cura. de iurepatron. bene verum eſt, quod in donatione inter compatronos aliqui tenent, quod non requiratur
13 dictus † conſenſus, Verallus deciſ. 311. num. 1. parte 2.

Rot.

Rot. Rom. Farinac. vbi ſup.
deciſ. 707. num. 4. vt per Io.
Andr. in dicto cap. ex inſi-
nuatione, & ibi Abb. dicit
id eſſe verius; tutius tamen
eſt dictum conſenſum, etiam
in hoc caſu adhibere. Si au-
14 tem fiat † donatio iuriſpatro-
natus ab eccleſia alteri ec-
cleſiæ, requiritur dictus con-
ſenſus, & ratio eſt, quia ec-
cleſia non poteſt alienare
ſine dicto conſenſu. argum.
extrauagantis. cap. nulli. de
rebus eccleſ. non alienan. &
cap. ſine exceptione. 12. q.
2. quod procedere ſi dona-
tio fiat laico, dicit Card. Se-
raphin. deciſ. 1312. ex tali
autem ttanslatione eccleſiæ
transfertur tantum iuſpatro-
natus, non autem tempora-
lia dictæ eccleſiæ, de quo
Abb. in dicto cap. illud. nu.
9. gloſ. in dicto cap. nemini.
16. quæſt. 7. gloſ. in cap. nul-
lus. de iurepatronat. in ver-
bo Eccleſiam.

15 Cum † autem dictum ſit,
quod requiritur conſenſus E-
piſcopi, intelligitur de Epi-
ſcopo, & Diœceſano, in
cuius Diœceſi eſt ſita eccle-
ſia. per ca. nemo. de conſe-
crat. diſt. 1. cap. omnes ba-
ſilicæ. 16. quæſt. 7. & facit
cap. nullus. de iurepatrona-
tus. & ita communiter ſerua-
tur: & ſi donatio iuriſpatro-
16 natus fiat † eccleſiæ ipſi pa-
tronatæ, tunc dicta eccleſia
ſit libera. gloſ. in cap. vnico.
de iurepatron. lib. 6. cap. ſi
quis in atrio. 16. quæſt. 4. c.
ſignificauit. de teſtibus. Abb.
in cap. quia clerici. de iure-
patronatus. Cum certum ſit,
vt plurimum requiri conſen-
ſum in translatione iuriſpa-
tronatus, quæritur quando de
beat interuenire: & ſi dona-
tio fit eccleſiæ per laicum
17 detentorem, † conſenſus Epi-
ſcopi poteſt interuenire poſt
donationem, eamq; valida-
bit. cap. cura. & cap. ſugge-
ſtum. de iurepatron. & etiam
poſt mortem donatoris; ſed
18 quando de laico † in laicum
trāsfertur iuſpatronatus, quā
uis ſit altercatio inter Doct.
tamen communiter ſeruatur,
quod conſenſus Epiſcopi ex
poſt facto poſſit adhiberi, a-
ctusq; valeat. Abb. in dicto
cap. cura. & cap. ſuggeſtum.
de iurepatron. & in ſua di-
ſputatione Augerio. Rot. Ro-
man. in antiquis. de iurepa-
19 tron. deciſ. 17. qui † tamen
con-

conſenſus poſt mortem teſta-
toris, vel donatoris, non po-
teſt interuenire, nec dictam
translationem validat in prę-
iudicium hæredis. Abb. in
dicta ſua diſputatione Auge-
rio, & in cap. cum ſeculum.
in fine. de iurepatronat. late
Lambertin. artic. 17. libro 1.
parte 2. q. 1. de iurepatronat.
vbi n. 15. ita ſe vidiſſe ſerua-
ri, & iudicari affirmat; quam-
uis Rocchus de Curte de iu-
repatronatus in verbo, ipſe,
vel is, à quo. q. 7. nu. 15. te-
neat, in legato Iuriſpatrona-
tus poſſe poſt mortem teſta-
toris conſenſum interuenire,
20 oſtante dicta † deciſione Ab-
batis. Si iuſpatronatus ſit le-
gatum vel donatum alteri, &
ante conſenſum Epiſcopi mo
riatur teſtator, vel donator;
tunc ſi legatarius donat iuſ-
patronatus eccleſiæ, hæres au
tem alteri eccleſiæ, quo caſu
non requiritur Epiſcopi con-
ſenſus; tunc attendi debet do-
natio hęredis, per ſupradicta.
21 Concurrentibus autem † plu-
ribus donationibus diuerſis
de vno iurepatronatus, ea
attendetur, quæ habet Epi-
ſcopi conſenſum. ita in c. ſug-
22 geſtum. de iurepatron. Et † ſi
duobus ſit facta donatio cum
dicto conſenſu, prima eſt va-
23 lida. Si † autem patronus do-
nauit vni ſine dicto conſen-
ſu, poterit alij donare cum
dicto conſenſu: & hæc ſecun-
da donatio erit valida: quod
videtur ſentire Abbas in d. c.
ſuggeſtum. n. 1. & 2. facit c.
continebatur. de his quæ fiũt
à Prælat. & c. illud. de iure-
patron. faciunt dicta per Fel.
in cap. ex tenore. col. 2. de
reſcript. etenim non præſtat
impedimentum, quod de iu-
re non ſortitur effectum. Si
24 autem † Diœceſanus, ſeu Su-
perior nolit conſentire tranſ-
lationi eccleſiæ, vel iuriſpa-
tronatus ſine cauſa iuſta, &
rationabili, poteſt adiri ſupe-
rior, qui eum compellat ad
conſentiendum, vel ipſe con-
ſentiat. ita in cap. nullus. de
iurepatron. & ibi Abbas. qui
conſenſus ſicut requiritur in
limine fundationis. c. nemo.
de conſecr. diſt. 1. Item in
acquiſitione iuriſpatronatus.
cap. nobis. de iurepatronat.
25 Item † quando in limine
creationis beneficij apponi-
tur conditio contra ius com-
mune. iuxta tex. iuncta gloſ.
in cap. cum dilectus. de con-
ſuetud.

ſuetud. ita requiritur, quando transfertur iuſpatronatus de vno in alium; cap. quod autem. & c. illud. de iurepatr. & ſuper dictis cōſenſibus poteſt compelli Diœceſanus; nō
26 autem † poteſt compelli, quā do quis vult dotare eccleſiam iam fundatam inuito Epiſcopo, qui compelli non poteſt ad conſenſum præſtandum, cum hoc proueniat ex priuilegio ipſius Epiſcopi, qui Epiſcopus ſi compellatur à ſuperiore, poterit adire Superiorem dicti Superioris compellentis, quem text. in dicto cap. nullus. declara, vt per Lambertin. vbi ſupra artic. 20. Et caſu, quo Epiſco-
27 pus † nolit conſentire donationi factæ de iurepatronat. iuſpatronatus remanebit penes donantem, eiuſque hæredem. Card. in cap. cum ſeculum. quæſt. 4. in fine. de iurepatron.

28 In materia † translationis, iuſpatronatus incipit competere extraneo hæredi à die aditæ hæreditatis, hæredi autem ſuo à die, quo ſe hæreditati immiſcuit: quando autem iuſpatronatus transfertur titulo particulari, incipit cōpetere iuſpatronatus à die præſtiti conſenſus ab Epiſcopo per ſupradicta. Et ſi plu-
29 res † ſint hæredes, vel plures donatarij, omnes ſunt patroni inſolidum. cap. 1. & ibi gloſ. de iurepatron. cum iuſpatronatus ſit quid indiuiſibile.

30 Quomodo autem † cadat diuiſio in iurepatronatus, vide Lamber. infrà in ſecūda q. princip. lib. 1. par. 2. art. 36. quod procedit, etiamſi ſint ſucceſſores inæqualiter in hæreditate, vel donatione. Doct. & præſertim Card. in Clement. plures, & ibi gloſ. de iurepatron. & hæc eſt com-
31 munis opinio, quæ non † procedit, vbi viget conſuetudo, vt iuſpatronatus diuidatur quo ad præſentationem per vncias, Cardin. in cap. 1. de iurepatronat. quæſt. 2. quia habens plures vncias, plures habebit partes vocum iuriſpatronatus. vt eſt Piſis,
32 vbi † iuſpatronatus ex antiquiſſima conſuetudine diuiditur in duodecim vncias, & aliquando in viginti quatuor, & præſentatus à maiori parte obtinet: quod iuſ-
33 patronatus tranſit † in hære-

re-

redes per ſtirpes, non per
capita, Clemen. plures. de
iurepatron. vbi ſi vnus frater
habet vnum filium, alius fra-
ter duos filios, tantum ha-
bebit iuſpatronat. ille vnus,
quantum alij duo, & Card.
in dicta clement. plures q. 2.
ait id procedere, quando
ſun plures patroni: ſed quan-
34 do † vnus eſt patronus, &
moritur relictis poſt ſe pluri-
bus filijs, filij ſuccedunt in
capita, quia non adeſt præ-
iudicium alterius compatro-
ni; ſed filij dictorum filio-
rum poſtea ſuccedent in ſtir-
pem. Et de computatione
35 diuerſarum † vocum deſcen-
dentium à patronis, late
Lambertinus vbi ſupra artic.
25. & ſupradicta procedunt
in deſcendentibus, & etiam
in collateralibus, cum tex. in
dicta clem. plures loquatur
generaliter de pluribus reli-
ctis hæredibus ab vno patro-
no. vide Caſſadorum de iure-
patronatus deciſ. 2. Quod ſi
36 plures † hæredes, ſeu dona-
tarij vnius, qui pro vno ha-
bentur, & vnam vocem ha-
bent, ſint inter ſe diſcordes
ad dictam vocem perficien-
dam, attenditur maior pars
ab vno patrono deſcenden-
tium; nec ſufficit maior pars
comparatione minorum,
quia cum ſit vna vox, eſt
apud omnes, vel apud ma-
iorē partem omnium. Card.
dicta clement. plures, vbi ſu-
37 pra. Quod ſi non † appa-
reant primitiuæ voces, hære-
des cuiuſlibet patroni, & pa-
tronorum dicentur facere
corpus de per ſe, tunc enim
filij patronorum ſuccedunt
in iurepatronatus ſuperſtiti-
bus alijs compatronis. Et ſi
iuſpatronatus ſit tranſlatum
38 in † aliquos ſub nomine col-
lectiuo, & in aliam perſo-
nam, puta lego iuſpatronatus
tali Collegio, & Petro, tan-
tum ius habebit Petrus quā-
tum totum Collegium. per l.
vltimam & ibi Doct. C. de
impub. & alijs ſubſtitut. vbi
39 plures † contenti ſub nomi-
ne collectiuo habentur pro
vno: & ſi ſint quatuor pa-
troni habentes quatuor vo-
ces, ſi vnus ſit donatarius al-
terius, habebit duas voces.
Ioan. de Imola in dicta Cle-
ment. plures num. 7. & quæ-
40 libet ſucceſſio, † & tranſlatio,
quæ fit de iurepatronatus ex
titulo habili, dicitur fieri ex
gratia

gratia non de iure communi. Abb. in cap. 1. num. 3. de præben. per tex. in cap. 3. de iurepatronatus.

CAPVT SECVNDVM.

Quomodo iuſpatronatus tranſeat ad hæredes, & quos.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus tranſit ad quoſcunque hæredes.*

2 *Niſi ex fundatione tranſire debeat ad hæredes ſanguinis.*

3 *Quod procedit etiam in iurepatronatus ſepulchri.*

4 *Fundator ſi ſibi ſoli reſeruauit iuſpatronatus, ad alios illud non tranſmittit.*

5 *Idem ſi ſibi, & deſcendentibus maſculis reſeruauit.*

6 *Iuſpatronatus transferri poteſt in præiudicium vocatorum.*

7 *Niſi competat tantum illis de parentela.*

8 *Et tunc non comprehenditur adoptiuus.*

9 *Iuſpatronatus ſi ſit reſeruatum extraneo, eius hæredes erunt patroni.*

10 *Patre ob delictum ſpoliato iurepatronatus, remanet etiam filius priuatus.*

11 *Iuſpatronatus tranſit ad maſculos, & feminas ſecundum communem.*

12 *Mulieres excluſæ ab hæreditate paterna non ſuccedunt in iurepatronatus.*

13 *Quod etiam in monialibus dotatis procedit.*

14 *Hæres vniuerſalis ſuccedit in iurepatronatus, licet alij adſit hæredes particulares.*

15 *Filius nolens adire hæreditatem patris, perdit iuſpatronatus.*

16 *Idem eſt in emphiteuſi recepta pro ſe, & filijs hæredibus.*

17 *Filius exhæredatus non ſuccedit in iurepatronatus.*

18 *Emancipatus ſi ſit hæres ſuccedit in iurepatronatus.*

19 *Item & bonorum poſſeſſor.*

20 *Primogenitus ſi ſolus ſit hæres, ſolus erit patronus.*

21 *Filius adoptiuus, & hæres ſuccedit in iurepatronatus.*

22 *Religioſus ſi ſuccedat in iurepatronatus, ad monaſterium pertinet.*

23 *Illegitimi non ſuccedunt in iurepatronatus niſi ſint hæredes.*

24 *Legitimatus à Papa ſi hæres ſit, ſuccedit in iurepatronatus.*

25 *Idem eſt ſi illegitimus fiat religioſus.*

26 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium.*

27 *Si Trebellianica non ſit deducenda.*

28 *Eccleſia fit libera patrono ſine hærede decedente.*

1 CVm ſupra † dictum ſit iuſpatronatus tranſire ad alium cum hæreditate, & ſic ad hæredes; dicendum eſt, quod tranſit ad hæredes vniuerſales, tam ſanguinis, quam extraneos, & tam ex teſtamento, quam ab inteſtato; ita communiter ſeruatur. Federic. de Senis conſil. 225. Card. in dicta Clemen. plures. num. 6. de iure patronat. Abbas in cap. cum ſeculum de iurepatronatus. Cardin. Tuſcus pract. concluſ. iuris. littera I. concluſ. 610. & 611. & tranſit ordine ſucceſſiuo, & gradatim. Cardin. Tuſcus vbi ſupra concluſ. 608. ſecus ſi in limine
2 fundationis † cum conſenſu Epiſcopi ſit appoſita conditio, quod iuſpatronatus tranſeat tantum ad hæredes ſanguinis, etiamſi non ſint hæredes vniuerſales, ita intelligitur Bald. in l. 2. numer. 1. C. de in ius vocan. Petr. de Anchar. conſil. 81. Quod &
3 in iurepatronatus † ſepulchri procedit. Abb. in cap. penultimo. num. 5. de ſepult. vt ſcilicet ad hæredes ſanguinis ius ſepulchri tranſeat.

4 Quod † ſi fundator reſeruet ſibi iuſpatronatus cum aliqua qualitate, quæ appareat voluiſſe iuſpatronatus durare tempore ſuo, tunc non tranſit ad hæredes, cum ſit fauor pro eccleſiæ libertate.

5 Eadem ratione † ſi patronus reſeruauit iuſpatronatus, & filio ſuo, eiuſq; deſcendentibus maſculis, quod deſcendentibus maſculis deficientibus eccleſia remanet libera, cum

cum non extent vocati in dicto iurepatronatus; quamuis Petr. de Anchar. in conſ. 81. contrarium teneat. Po-
6 teſt etiam † patronus fundator, & alius transferre iuſpatronatus in alium in præiudicium vocatorum, niſi repugnet pactum appoſitum in ipſa fundatione. Calderin. in conſ. 19. de iurepatr. Card. in dicta Clement. plures. num. 8. de iurepatronat.
7 Si autem † iuſpatronatus competat tantum illis de parentela fundatoris, tunc vnus de parentela non poteſt illud renunciare extraneo. Card. in
8 conſil. 48. quo caſu † ſi quis per adoptionem fiat de parentela, nunquam tamen erit patronus, quia in diſpoſitione hominis, appellatione filij non venit adoptiuus. Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. in fine litteræ E, & quia verba debent intelligi naturaliter & proprie, non ciuiliter, & ficte. l. vlt. vbi Doct. C. de his qui ven. ætat. impetr. & quia ſi aliter verum eſſet, nunquam parentela extingueretur in præiudicium eccleſiæ, quamuis contrarium teneat Lambert. de iurepatron. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. artic. 9. nume. 12. Quod ſi
9 quis † fundet Eccleſiam, & cõſtituat patronos extraneos, hæredes patronorum erunt patroni, non ipſe fundator, vel eius hæres. Calderin. cõſil. 5. de iurepatron. Si au-
10 tem † patronus ob delictum priuetur iurepatronatus, filius etiam priuatus erit, quia cum eo caſu filius non ſit hęres patris, & iuſpatronatus non tranſit in filium, vt filium; ſed in filium hæredem, quia hæredem; ceſſante dicta qualitate ceſſat eius effectus dictæ ſucceſſionis. Cardin. in Clement. plures. numero 8. de iurepatronatus.
11 quod † iuſpatronatus eſt tranſitorium tam ad feminas, quã ad maſculos. Abb. in cap. 1. num. 3. & in cap. cum ſæculum num. 4. de iurepat. Cardin. in dicta Clement. plures num. 6. de iurepatr. & ita eſt communis opinio, dummodo femina hæreditati non
12 renunciaſſet: & ideo † mulieres maritatæ à ſtatuto excluſæ ab hęreditate paterna non ſuccedunt in iurepatronatus, cum fratribus. Petrus de An-

Ancharan. in Clement. plures col. 2. de iurepatr. Card. in Rubr. de iurepatron. q. 8.
13 quod † & in monialibus dotatis procedit. vide Felinum in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ. num. 78. de conſtitution. Quòd ſi decedat patronus relicto hærede vniuerſali, & alio inſtituto in re certa,
14 iuſpatronatus † tranſit tantũ ad hæredem vniuerſalem, per doctrinam Ioan. And. in cap. cum ſæculum de iurepatron. Cardin. in dicta Rubr. de iurepatron. quæſt. 8. facit Bart. in l. vt iuſiurandi. §. ſi liberi verſiculo ſecundum dubium eſt. ff. de oper. lib. quamuis Feder. de Senis in conſ. 225.
15 teneat contrarium. Quod † ſi filius nolit hæreditatem patris, vel extraneus, immo eam repudiet, non ſuccedit, nec etiam in iurepatron. Cardin. in dicta Rubr. quæſt. 8. in fine. Abb. num. 5. & alij in cap. cum ſæculum de iurepa-
16 tron. Quod etiam † eſt in emphyteuſi recepta pro ſe, & filijs hæredibus, qui ſi non ſint hæredes non ſuccedunt in emphyteuſi; & tunc iuſpatronatus tranſit ad eos, qui ſunt hæredes, vt per Lambertin. vbi ſupra artic. 18.
17 Idem † ſi filius eſt legitimè exhæredatus, nõ habebit iuſpatronatus, quia non eſt hæres. Emancipatus autem fi-
18 lius † ſi ſit hæres ſuccedit in iurepatronatus. facit dictum Iaſonis in l. 2. C. de iure emphyteut. num. 226. & 227. Item
19 & bonorum † poſſeſſor ſuccedit in iurepatronatus, cum ſit vt hæres. §. quos autem. Inſt. de bon. poſſeſſ. Lambert. vbi ſupra art. 24. & ſi ſit legiti-
20 ma † conſuetudo, quod ſolus primogenitus ſuccedat in hæreditate paterna, is ſolus erit patronus, alij ſui fratres non. Ioan. Andr. in cap. ex inſinuatione de iurepatronatus, & ibi Cardin. & Abb. Quod
21 ſi filius † ſit adoptiuus, & ſit hæres, ſuccedit in iurepatronatus, cum ſit hæres. Abb. in cap. tanta, qui fil. ſint legitimi. num. 9. Et ſi patronus ef-
22 ficiatur † per profeſſionem Religioſus, Monaſterium ſuccedit in iurepatronatus, quia Monaſterium habetur loco filij. cap. in præſentia de probation. & habetur loco hæredis. Abb. nu. 74. & 75. Card. & alij in dicto cap. in præſentia: quod procedit etiam in

præ-

præiudicium legitimorum ſucceſſorum ad notata per Archid. in cap. vnico de iurepatron. lib. 6. & Cardin. in Clement. plures. quæſt. 8. de
23 iurepatron. Illegitimi † autem non ſuccedunt patri, vel matri in iurepatronatus, niſi ſint illorum hæredes, & hoc quomodo, & quando ſit, plene ponitur per Præpoſ. in repet. cap. per venerabilem. §. quod autem col. 44. Qui filij ſint legitimi. Rocch. de Curte de iurepatronatus verbo competens alicui. quæſt. 2. princ. vbi ait tales illegitimos nullo modo ſuccedere in iurepatronatus competente illis de pa-
24 rentela. Legitimatus † autem à Papa, vel à dependentibus ab eo ſuccedit in iurepatronatus, cum hæreditate; legitimatus etiam à Principe ſæculari ſecundum veriorem opinionem ſuccedit in iurepatronatus, vt Præpoſit. & Rocch. vbi ſupra, & late Lambertin. vbi ſupra art. 29. vide Card. Tuſcum vbi ſup. concluſ. 609.
25 & ideo † ſi illegitimus per profeſſionem fiat Religioſus, fit legitimus, & ſuccedit cum fratribus in hæreditate paterna, & in iurepatronatus, ſicut enim naturalis oblatus Curiæ Principis ſæcularis fit legitimus. §. vlt. Inſt. de nupt. ita eſt etiam, ſi offeratur Curiæ æterni Principis, ingrediendo Religionem. ita Bald. in lect. in l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ. Ex ingreſſu enim Religionis tollitur omnis macula. cap. non liceat. 19. q. 3. & ibi gloſſ. legitimi autem nati ex illegitimis ſuccedunt in iurepatronat. Ant. de Butr. conſ. 29. & Petr. de Anchar. conſ. 355. & Rocchus vbi ſupra.
26 Quod iuſpatronatus † non tranſit in fideicommiſſarium, cui reſtituta ſit hæreditas; ſed remanet pœnes hæredem per l. quia perinde. ff. ad trebell. inducendo, vt ibi. Alex. iuncta l. quamuis. ff. ad trebel. & l. familiaria, & l. ſeq. ff. de Relig. & ſumpt. fun. ita Bart. in dicta l. quia perinde. Caſtr. & alij, de communi. Rocch. de Curte de iurepatronatus verbo ipſe, vel is, à quo. q. 9. de communi. Marcus Antonius Peregrinus in tractatu de fideicommiſſis. art. 6. num. 37. etiamſi tota ſit hæredi-
27 tas reſtituta. Si autem † fideicommiſſum ſit factum eccleſiæ, quo caſu non detrahitur

trebellianica. Tiraquell. de priuileg. piæ cauſæ priuil. 27. vel quando à teſtatore trebellianicæ deductio eſt prohibita, tunc iuſpatronatus tranſit in fideicommiſſarium. Lambertin. vbi ſupra artic. 35. Si
28 autem † patronus moriatur abſque hæreде, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato, tunc eccleſia remanet libera. Abb. in cap. 1. num. 10. de elect. ſunt tamen aliqui, qui dicunt hoc caſu ſuccedere Fiſcum in hęreditate. l. 1. C. vnde vir. & vxor. ergo & in iurepatronatus ſuccedit, de quo infra videbimus.

CAPVT TERTIVM.

Quomodo iuſpatronatus transferatur ex permutatione.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus transfertur per permutationem.*

2 *In permutatione iuriſpatronatus quandò requiratur conſenſus Epiſcopi.*

3 *Iuſpatronatus de per ſe conſideratum non poteſt permutari.*

1 Tranſit etiam iuſpatronatus † de vno in alium per permutationem; laicus tamen non poteſt permutare iuſpatronatus, cum eccleſia accipiendo aliam eccleſiam, niſi quando laicus habet cõmunionem in iurepatronatus cum eccleſia. Archidiac. in c. vnico col. 2. de iurepat. lib. 6. tunc enim ratione communionis fit permutatio etiam ſine conſenſu Epiſcopi. Patroni autem diuerſarum eccleſiarum poſſunt permutare iuſpatronatus inter ſe. Doct. in Rubr. & in cap. cum ſeculum de iurepatronatus. clement. plures. vbi gloſ. in verb. libere. de iurepat. Nec †
2 requiritur conſenſus Epiſcopi, quando fit permutatio cũ eccleſia. dicto cap. vnico de iurepatronat. lib. 6. quando autem fit permutatio iuriſpatronatus inter laicos, requiritur conſenſus Epiſcopi Rocc. de

de Curte de iurepatr. in verbo ipſe, vel is à quo quæſt. 16.
3 num. 28. Iuſpatron. autem † de per ſe conſideratum non poteſt permutari cum alia re profana, quia ſimonia committeretur. Cardin. in dicto cap. cum ſeculum. gloſſ. in dicta Clement. plures in verbo libere. Hoſtien. in ſumma tit. de iurepatr. §. qualiter transſferatur, verſiculo res permutata; tangit Abb. in cap. quærimoniam num. 4. de iurepat.

CAPVT QVARTVM.

Quomodo transferatur iuſpatronatus ex donatione.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus transfertur per donationem.*
2 *Cum conſenſu Epiſcopi.*
3 *Donans iuſpatronatus, ſi quid recipiat, ſimoniam commiſit.*
4 *Donatarius ſi præſentare debeat ad alterius voluntatem conuentio hæc non tenet.*
5 *Donatarij ſi plures ſint, & vnus renunciat, alijs accreſcit.*
6 *Ius accreſcendi vbi locum habeat.*
7 *Iuſpatronatus non venit in donatione omnium iurium.*
8 *Niſi in ea dictum ſit accedente conſenſu Epiſcopi.*
9 *In donatione iuriſpatronatus quid ſeruandum.*

Praxis Iuriſpatron.

1 Tranſit etiam † iuſpatronatus de vno in alium per donationem. gloſſ. in cap. piæ mentis. 16. quæſt. 7. Doct. in Rubr. & in cap. cum ſeculum de iurepatronatus, & eſt tex. in cap. ex inſinuatione; vbi gloſſ. in verbo liberaliter, & in cap. nullus de iurepatronatus, & hanc eſſe communem opinionem teſtatur Lambertin. vbi ſupra lib. 1. par. 2. quæſt. 4. art. 1. Et ſic per donationem transfertur iuſpa-
2 tronatus de laico in laicum † cum conſenſu Epiſcopi. Illuſtriſſimus Card. Mant. deciſ. 86. num. 5. Rot. Rom. alias ſine dicto conſenſu non valet. Illuſtriſſimus Card. Seraphin. deciſ. 884. num. 1. Rot. Rom.

de quo conſenſu habetur in c. præterea il ſecondo, de iurepat. & per Lamb. vbi ſup. ar. 2.
3 quod ſi donans † aliquid accipiat pro tali donatione, committitur ſimonia. dicto cap. ex inſinuatione, ibi liberaliter contuliſſet, & ibidem Abb. Quod ſi tunc dicatur, quod donatarius te-
4 neatur † præſentare ad voluntatem alterius etiam Epiſcopi, talis conuentio non valet. cap. nulla. cap. conſtitutus. & cap. vlt. de conceſſ. præben. Ioan. Andr. in cap. vnico. num. 5. de iurepatron. lib. 6. dicta enim conuentio vitiatur, & non vitiat, ad cap. vtile. de regul. iur. lib. 6. poſſunt tamen apponi conditiones ſecundum ius de Epiſcopi conſenſu. Abbas in cap. cum dilectus. de conſuetud. Quod ſi dicta do-
5 natio † ſit facta pluribus, & alter eorum, vel alteri repudient, accreſcit talis repudiatio alijs conſocijs non repudiantibus, quia iuſpatro-
6 natus eſt indiuiduum: † & quamuis in contractibus inter viuos non habeat locum ius accreſcendi, excepto vſufructu. l. 1. §. in proprietate. ff. de vſufr. accreſc. tamen ſecus eſt ſi in contractu interueniat res, & proprietas indiuidua, quia tunc habet locum ius accreſcendi. l. proprium. ff. com. præd. Bart. in l. re coniuncti. num. 65. ff. de leg. tertio. ita Bald. in c. quanto. de iudic. num. 2. & 3. ita Rocch. de Curt. de iurepatron. verbo ius. quæſt. 6.
7 Quod ſi quis † donando diceret, dono tibi omnia iura mea, in tali donatione non venit iuſpatronatus. ſed communis opinio eſt, quod in donatione omnium bonorũ, iurium, & actionum veniat iuſpatronatus. Card. Seraphin. deciſ. 725. Bald. in l. fin. num. 48. verſ. dicit Innocen. C. de edict. Diu. Adr.
8 toll. niſi diceret, † accedente tamen cõſenſu Epiſcopi, quatenus opus ſit, tunc enim videtur velle donare etiam iuſpatronatus. In donatione
9 autem iuriſpatronatus ſeruatur text. in cap. vnico. de iurepatronatus. lib. 6. vt dono tibi iuſpatronatus, quod habeo in tali eccleſia, & in donatione eccleſiæ, concedo, & do talem eccleſiam, vt per Spec. in tit. de donat. in princ.

CA-

CAPVT QVINTVM.

Quomodo transferatur iuſpatronatus per venditionem Vniuerſitatis.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus transfertur per venditionem vniuerſitatis acceſſorie.*

2 *Non autem ius decimarum.*

3 *Iuſpatronatus non tranſit in venditione fundi, in quo ſit Eccleſia.*

4 *Iuſpatronatus quando tranſit cum vniuerſitate, non requiritur Epiſcopi conſenſus.*

5 *Iuſpatronatus de per ſe vendi non poteſt.*

6 *Iuſpatronatus expreſſum in venditione vniuerſitatis non tranſit.*

7 *Eccleſia ſi emat ſit libera.*

8 *Iuſpatronatus non poteſt cedi creditoribus.*

9 *Nec dari in ſolutum.*

10 *Præſentatio vendi non poteſt.*

11 *Quid ſi plures habent caſtrum, in quo ſit iuſpatronatus, quomodo procedat.*

12 *Venditio vniuerſitatis nulla ob iuſpatronatus, valida eſt quoad alia.*

13 *Euictio pro iurepatronatus non cadit.*

14 *Iuſpatronatus legari poteſt.*

1 TRansfertur etiam † iuſpatronatus de vno in alium per venditionem veræ Vniuerſitatis, in qua ſit iuſpatronatus. cap. ex litteris. de iurepatron. tunc enim acceſſorie tranſit iuſpatronatus cũ Vniuerſitate. Abb. & Innoc. in dicto cap. ex litteris. Decimæ † tamen non veniunt in venditione Vniuerſitatis. Innocen. vbi ſupra, & venditio iuris ſepulturæ facta cum Vniuerſitate valet. Abb. in dicto cap. ex litteris. num. 14. & quando ex venditione hæreditatis, ſeu bonorum

2

trāſeat iuſpatronatus, videas Lambertin. de iurepatronat. lib. 1. par. 2. quæſt. 5. artic.
3 14. & 15. Cum † venditione tamen fundi non tranſit iuſpatronatus eccleſiæ, quæ eſt in fundo: ſed vendito Palatio, an Cappella Palatij videatur vendita, videas Lambertin. vbi ſupra. articulo 18.
4 Transfertur † autem iuſpatronatus, cum Vniuerſitate ſine aliquo Epiſcopi conſenſu. Illuſtriſſimus Card. Mantica deciſ. 140. num. 2. Rot. Roman.
5 De per ſe autem † iuſpatronatus vendi non poteſt, alias ſimonia committitur. c. de iure. de iurepatron. nec etiam cum Epiſcopi conſenſu: quod ſi emens iuſpatronatus detineat, debet ſpoliari. cap. quia clerici. vbi Abb. & gloſ. de iurepatr. & etiam venditor ſpoliatur, & eccle-
6 ſia remanet libera. Si † autem in venditione Vniuerſitatis exprimatur iuſpatronatus, ideſt, quod etiam iuſpatronatus venditur, tunc non valet actus, nec transfertur iuſpatronatus. Lambert. vbi ſupra. artic. 20. Farinac. deciſ. 399. parte 2. tomo pri-
7 mo. Quod ſi eccleſia † emat ſit libera, nec debet priuari. Rocch. de Curte. de iurepatron. verbo ipſe vel is, à quo. num. 55. Precium autem datum pro emendo iurepatronatus, nec emptor, nec venditor habere debet; ſed eccleſiæ tribuitur, cui ob ſimoniam illata fuit iniuria, ita communiter Doct. Card. Abb. & alij in dicto cap. de iure. & ibi gloſ. vltima, etiam ſi eccleſia ipſa eſſet emptrix. Lambertin. vbi ſupra. artic.
8 6. Quo ſtante † iuſpatronatus non poteſt cedi creditoribus à patrono nihil habente in bonis, cum iuſpatronatus non recipiat æſtimationem. dicto cap. de iure. Nec de
9 per ſe poteſt † dari in ſolutum, cum Vniuerſitate autem ſic. dicto cap. de iure: nec etiam poteſt æſtimari præſentatio, quæ eſt *fructus* iuriſpatronatus. Abb. in cap. cum Bertoldus. num. 39. de re iudic.
10 Et ideo † neque ipſa præſentatio vendi poteſt, nec poteſt locari. Card. in cap. ex litteris. num. 4. de iurepatr. Lambert. vbi ſupra. quæſt. 8.
11 princip. Quod ſi † plures poſſident Caſtrum iure hæredita-

ta-

tario, in quo ſit iuſpatronatus, & ex vſu antiquo ſenior de parentela præſentat, ſi ſenior vendat partem ſuam dicti Caſtri, non præſentabit emptor, ſed alius ſenior de parentela, excluſo dicto ſeniore venditore: quod ſi non ſenior de parentela, ſed ſenior patronus debeat præſentare, tunc ſi emptor ſit ſenior patronus, ipſe præſentabit. Lambertin. vbi ſupra. quæſt. 5. artic. 16.

12 Aduertendum tamen† eſt, quod quando venditio Vniuerſitatis nulla eſt propter expreſſum in ea iuſpatronatus, valida tamen eſt quoad alia. Abb. in cap. querelam. num. 7. de ſimonia. Rocch. de Curte vbi ſupra. num. 52. & pro hac re faciunt dicta per Felin. & Doct. in cap. cum ſuper; vbi Felin. num. 8. de

13 offic. deleg. Nec aliquo † caſu pro iurepatronatus cadit euictio, cum vendi nequeat.

14 dicto c. de iure. Cum † ergo iuſpatronatus tranſeat cum Vniuerſitate, & per donationem, poteſt etiam legari, cum legatum ſit donatio: quod legatum quomodo fieri debeat ſupra dictum eſt, & vide Lambertin. vbi ſupra. quæſt. 6. principali.

CAPVT SEXTVM.

Iuſpatronatus an poſſit concedi in feudum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus non poteſt dari in feudum.*

2 *Acceſſorie autem ſic.*

3 *Vaſſallus ſi conſtruxit eccleſiam amiſſo feudo retinet iuſpatronatus.*

4 *Iuſpatronatus, nec præſentatio locari poſſunt.*

5 *Locatores præſentant quando iuſpatronatus pertinet ad parochianos.*

6 *Et tunc admittuntur etiam mulieres.*

Iuſ-

1 IVſpatronatus † autem de per ſe conſideratum non poteſt in feudum concedi. Roman. conſilio 368. niſi à ſolo Papa. Lambertin. de iurepatronatus. lib. primo. parte 2. quæſt. 7. artic. 1. etiamſi allegetur conſuetudo temporis immemorabilis, vt per Rom. vbi ſupra;
2 acceſſorie † autem cum feudo continente Vniuerſitatem, & ſic cum Vniuerſitate tranſit iuſpatronatus. cap. cum ſeculum. de iurepatron. & ibi Card. Abb. &
3 alij. Quod ſi † vaſſallus conſtruxit eccleſiam in fundo feudali; amiſſo feudo non perdit iuſpatronatus. Archidiac. in cap. in ſacris. 16. quæſt. 1. Eadem ratione, vt ſupra dictum eſt in cap. præ-
4 cedenti †, non poteſt locari iuſpatronatus, nec præſentatio; Ideoque Parochiani ſi debeant præſentare Parochum, cum non debent præſentare conductores Domorum in Parochia exiſtentium;
5 ſed † Domini locatores, qui habent iuſpatronatus ex præſumpta fundatione, conſtructione, ſeu dotatione. Abb. in cap. querelam. num. 19. de elect. niſi conſuetudo ſit contraria. Piſis autem ſeruatur, vt locatores præſentent, vt eſt in parochialibus Eccleſijs ſancti Andreæ, ſanctæ Ceciliæ, ſanctorum Coſmæ, & Damiani, & ſancti Viti; in quibus Parochiani domini Domorum exiſtentium intra limites Parochiæ conueniunt pro præſentando Parocho, eumq; præſentant, & obtinent. quo caſu
6 mulieres † etiam admittuntur ſi ſint dominæ Domorum intra Parochiam exiſtentium. Innoc. in cap. cum ex iniuncto. in fine. de noui oper. nunciat.

CAPVT

CAPVT SEPTIMVM.

Iuſpatronatus an poſſit cum Vniuerſitate obligari, ſeu dari in dotem.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus nō poteſt obligari cum vniuerſitate.*
2 *Tranſit autem in ſequeſtrarium.*
3 *Idq; procedit, ſiue iuſpatronatus ſiue Vniuerſitas ſequeſtretur.*
4 *Iuſpatronatus de per ſe non poteſt dari in dotem.*
5 *Tranſit tamen cum Vniuerſitate data in dotem.*
6 *Iuſpatronatus tranſit in Vſufructuarium omnium bonorum.*

1 IVſpatronatus etiam † cum Vniuerſitate non poteſt obligari. faciunt dicta per Bartolum in l. ſi is qui. §. iura. numero 2. ff. de pignor. & ratio ponitur à Lambertino de iurepatronatus. lib. 1. par. 2. quæſt. 9. art. 2. quod
2 tamen † tranſit ad illum, penes quem eſt factum ſequeſtrum, itaut ille ſequeſter præſentare poſſit. Doctores in cap. examinata. vbi Innocentius numero 1. & Felinus numero 10. de iudic. idem Felinus in cap. cum Bertoldus. numero 30. de re iudic. Petr. de Ancharano in clemen. vnica colum. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Et hoc pro-
3 cedit † ſiue iuſpatronatus ſequeſtretur de per ſe, ſiue ſequeſtretur aliqua Vniuerſitas, in qua ſit iuſpatronatus, & hanc eſſe magis communem opinionem teſtatur Lambertinus vbi ſupra. articulo 3. In Depoſitarium autem non tranſit, niſi depoſitum ſit factum in vim ſequeſtri. Lambertinus vbi ſupra articulo 4.

4 Inſuper iuſpatronatus † de per

per ſe conſideratum non poteſt dari in dotem; quia iuſpatronatus non tranſit titulo oneroſo, niſi cum Vniuerſitate. Doct. in cap. ex litteris, & in cap. cum ſeculum de iurepatronatus. Titulus autem dotis eſt particularis regulariter, quamuis dos ſit ius vni-
5 uerſale: ſi tamen † detur Vniuerſitas in dotem, cum ea tranſit iuſpatronatus. Lambertinus vbi ſupra quæſtione 10. articulo 2. numero 10.
6 Et eadem ratione, † ſi vxor ſit relicta vſufructuaria omnium bonorum hæreditariorum, & in hæreditate ſit iuſpatronatus, ipſa debet præſentare, late Lambertin. vbi ſupra. articulo tertio. Cardinal. Mantica deciſ. 140. vbi numero 13. dicit iuſpatronatus tranſire cum Vniuerſitate data in dotem; melius tamen, & tutius eſt, cum proprietarius, & vſufructuarius ſint quaſi ſocij. l. 4. ff. de vſufructu, quod in caſu vocationis ſimul præſentent proprietarius, & vſufructuarius, ad lites tollendas.

CAPVT OCTAVVM.

Quomodo per præſcriptionem transferatur iuſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus transfertur per præſcriptionem.*
2 *Præſcribens Vniuerſitatem præſcribit iuſpatronatus in ea contentum.*
3 *Præſcripto vno fructu iuriſpatronatus non ſunt præſcripti alij.*
4 *In dicta præſcriptione requiritur tempus quadraginta annorum.*
5 *Item bona fides.*
6 *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. ſeruetur.*
7 *Iuſpatronatus transfertur per ſententiam.*

8 *Item*

8 *Item per iuramentum.*

1 TRansfertur † etiam iuſpatronatus de vno in alium per præſcriptionem, vt quando quis præſentãdo contra verum patronum præſcribit. Card. Tuſcus pract. concluſ. iuris concl. 604. ita Io. Andr. in cap. quod alicui. de reg. iur. lib. 6. per cap. 2. de cappell. Monac. & cap. auditis. de preſcription. Card. in Clement. plures de iurepatr.
2 num. 5. & præſcribens † Vniuerſitatem bonorum præſcribit etiam iuſpatronatus eis annexũ, quod quomodo procedat, declarat Felin. in cap. cauſam. nu. 8. de præſcriptio. Rocch. de Curte de iurepatr. verbo ipſe, vel is, à quo. q. 36. num. 81. & ſequentibus. Præ-
3 ſcripto tamen † vno fructu iuriſpatronatus, puta præſentationis, vel alterius honoris, vtilitatis, vel oneris, non intelliguntur præſcripti alij fructus, quibus vſus non eſt præſcribens. ita debet intelligi Archidiac. in cap. vnic. de iurepatronatus. lib. 6. de hoc Lambert. de iurepatr. lib. 1. p. 2. q. 11. art. 4. Requiritur
4 autem † in hac præſcriptione tempus quadraginta annorũ ex actu continuato. gloſ. in cap. cum eccleſia. in verbo, breuitatem temporis. de cauſa poſſeſs. & propriet. & in tali præſcriptione requiruntur plures præſentationes, ad hoc, vt probari poſſit præſcriptio. Abb. in cap. querelam. n. 9. de elect. & in dict. cap.
5 cum eccleſia. Et † præſcribẽs debet eſſe in bona fide, cum ſcientia & patientia domini, contra quem præſcribitur: & quod in curſu quadraginta annorum ſufficiat vnica præſentatio, cum ſemel tantum eccleſia vacauerit, ponit Dec. in conſil. 134. num. 3. & 4.
6 Hodie † autem ſeruari debet decretum Conc. Trid. cap. 9. de reformat. ſeſſ. 25. vbi iuſpatronatus debet oſtendi ex fundatione, ſeu dotatione, ſiue ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliaſue, ſecundum Iuris diſpoſitionem.
7 Transfertur † etiam Iuſpatronatus per ſententiam, ſiue litigatum fuerit ſuper iure-

repatronatus, ſiue ſuper Vniuerſitate, in qua ſit iuſpatronatus.
8 Item † transfertur iuramento, argumento de iurepatronatus liberti. Bartolus in l. eum qui. §. ſi libertus. ff. de iureiuran. De his Lambertinus vbi ſupra artic. 10. Paulus de Cittadinis de iurepatronatus par. 9. quæſt. 16. num. 24.

FINIS PRIMÆ PARTIS.

PRAXIS IVRISPATRONATVS PARS SECVNDA

Continens modos conſeruandi Iuſpatronatus.

LIBER QVINTVS.

In quo tractatur de fructu iuriſpatronatus, ſcilicet de præſentatione.

CAPVT PRIMVM,

Quid ſit præſentatio, prouiſio, poſtulatio, nominatio, electio, & commendatio.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio quid ſit.*
2 *Præſentatio ante eſt ius, poſt factum.*
3 *Præſentatio poteſt dici donatio.*
4 *Patroni non dicuntur eligere.*
5 *Ius ad rem transfertur in præſentatum per præſentationem.*
6 *Ius in re transfertur in electum per electionem.*
7 *Differentiæ triginta tres inter electionem, & præſentationem.*
8 *Prouiſio quid ſit.*

9 *Po-*

9 *Poſtulatio quid ſit.*
10 *Nominatio quid ſit.*
11 *Electio propriè quæ.*
12 *Commendatio quæ.*
13 *Adminiſtratio perpetua.*
14 *Coadiutoria cum futura ſucceſſione.*
15 *Sereniſſimus Dux Parmæ laudatur.*
16 *Electio confirmatur, præſentatio admittitur.*
17 *Collatio quæ.*
18 *Expectatiua quæ.*
19 *Commiſſio eccleſiæ quæ.*
20 *Inſtallatio quæ.*
21 *Promotio quæ.*
22 *Optio quæ dicatur.*
23 *Ius quale transferatur ex electione, præſentatione, collatione, & alijs modis.*

NVNC videndum eſt de primo fructu iuriſpatronatus, ideſt de præ-
1 ſentatione. Præſentatio † ergo eſt exhibitio quædam facta de clerico præſente ſenſibus corporis illi, cui fit præſentatio. Abb. in cap. ea noſcitur numer. 3. de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſ. cap.
2 quæ præſentatio † antequam ſit deducta ad actum, eſt Ius, deducta poſtea ad actum eſt factum. Abb. in cap. ſuper eo. num. 5. de off. deleg. & quod præſentatio ſit fructus iuriſpatronatus, ponit Felin. in c. cum olim. num. 2. de maior. & obed. Card. Mant. deciſ. 140. num. 5. Rot. Rom. quæ
3 præſentatio † dici poteſt donatio, cum ſtet in libertate patroni, quem vult præſentare, dummodo ſit idoneus. Abb. in cap. vlt. num. 5. de
4 conceſſ. præb. patroni † autem non dicuntur eligere propriè loquendo, quamuis impropriè, & largè dicantur eligere, vt in cap. 2. 3. & c. nobis. de iurepatron. quia
5 per † præſentationem patroni non transfertur ius in præſentatum. cap. quod autem. de iurepatronatus, niſi tantum ad rem, non in re, vt notatur in cap. cum Bertol-
6 dus de re iud. ſed per † electionem transfertur ius in electum. gloſ. in ca. quanto. diſt. 63. & etiam large patronus dicitur eccleſiam ordinare. Abb. in cap. ex inſinuatione. de iurepatronatus, non tamen patroni dicuntur conferre. cap. vlt. de iurepa-
7 tronatus: & triginta tres † diffe-

ferentias inter electionem, &
præſentationem ponit Lam-
bertinus de iurepatronatus.
lib. 2. par. 1. quæſt. 1. art. 5.
Et cum de præſentatione ſit
tractatus, plures adſunt ſi-
8 miles termini, vt † prouiſio,
quod eſt verbum generale
continens omnes modos per
quos eccleſiæ prouidetur. c.
vt circa. de elect. lib. 6. &
ibi gloſ. Felin. in dicto cap.
cum Bertoldus. col. 2. de re
9 iudic. Poſtulatio † item alia
eſt, qua quis poſtulatur, vt
eligi poſſit, alia qua poſtu-
latus conſequitur plenum
ius, nam tunc admiſſus à ſu-
periori electus remanet. Abb.
in cap. quia propter. de elect.
quæ poſtulatio non competit
patrono, quia patronus de-
bet idoneum præſentare. c. 3.
de iurepatronatus. Nomina-
10 tio † item alia, quæ fit de ali-
quo eligendo, vt in c. quod
ſicut. in princ. de elect. alia
quæ fit in ſcrutinio electionis
ad cap. publicato. de elect.
alia eſt ſolemnis, cum duo
nominantur, vel plures, & pe-
titur, vt ex illis vnus eligatur
& tunc nominantes non poſ-
ſunt variare. Abb. in c. quod
ſicut. §. ſuper eod. num. 1. de
elect. & iſta nominatio poteſt
dici præſentatio. Cardin. in
Clem. plures. §. quibus. not.
2. de iurepatron. Electio au-
11 tem † propriè eſt, quando Ca
nonici eccleſiæ eligunt Præ-
latum, vt in dicto cap. cum
Bertoldus, & ibi Felin. nu. 2.
12 de re iudic. Adeſt † & com-
mendatio, cum aliquod be-
neficium datur per Papam
in commendam perpetuam.
gloſſ. in cap. nemo verbo com
mendare de elect. lib. 6. & idē
13 eſt † perpetua adminiſtratio.
14 Datur † etiam coadiutoria
cum futura ſucceſſione Præ-
lato ſeni per Papam, prout &
ego à ſantiſſ. Clemente VIII.
fel. record. fui datus coadiu-
tor cum futura ſucceſſione
in Decanatu Primatialis ec-
cleſiæ Piſanæ recolendæ me-
moriæ, & Præclariſſimo viro
Vincentio Mazzolio Decano
Piſano Prothonotario Apo-
ſtolico, cariſſimo auũculo meo
tunc in Parmenſi Gymnaſio
in Prima ſede Iuris Pontificij
profeſſori maximo ſtipendio,
& priuilegijs decorato à Se-
15 reniſſimo Ranutio † Farneſio
Parmæ, & Placentiæ Duce,
litteratorum refugio, & vir-
tutum omnium felici cultore;

16 confirmari † dicitur electio. Abb. in cap. auctoritate num. 5. de inſtitut. vbi infraſcriptos terminos declarat; admittitur præſentatio, & fit de præſentato inſtitutio, quę large dici poteſt confirmatio c. 1. de inſtit.
17 lib. 6. Collatio † autem eſt, quando abſque alicuius electione, ſeu præſentatione Epiſcopus cōfert beneficium. cap. vlt. de offic. vic. lib. 6. & cap. relatum de præben. quæ differentia ſit inter collationem, & electionem, vide Abb. in dicto cap. auctoritate de inſtitut. num. 5. Adeſt
18 expectatio beneficij, ſiue † expectatiua, de qua in cap. 1. §. ex parte vero, & §. è contra de conceſſ. præb. lib. 6. eſt & aſſignare, quod notat conferre, quandoque inueſtire.
19 Item eſt verbum † cōmittere, cum ad tempus eccleſia alicui committitur, quod dicitur per modum prouiſionis. Clem. vnica, & ibi gloſſ. verbo committere de ſuppl. negl.
20 præl. inſtallatio † notat verā, & actualem poſſeſſionem. Abb. in cap. tranſmiſſam de
21 elect. num. 3. & quid notet † promotio, dicit Abb. in cap. Omnipotentis de accuſation.
22 eſt & optio, quæ † fit per canonicum antiquum de canonicatu nouiter vacante alteri collato, vt dimiſſo ſuo accedat ad nouum, quæ optio locum habet ſtante loci conſuetudine. cap. vlt. & ibi gloſſ. & Doct. de conſuet. lib. 6. Et
23 quod ius † transferatur ex electione, collatione, præſentatione, & alijs ſupradictis, ponit Felin. in dicto cap. cum Bertoldus col. 1. & 2. de re iudic. & de his Lambert. vbi ſupra quæſt. 1. per omnes articulos dictæ quæſtionis.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Omnes poſſunt præſentare, qui non ſunt prohibiti.

SVMMARIVM.

1 *Præſentare poſſunt qui non ſunt prohibiti.*
2 *Patronus, & exiſtens in poſſeſſione poſſunt præſentare.*
3 *Excommunicatus præſentare nequit.*
4 *Patronus eccleſiaſticus ſuſpenſus non poteſt eligere.*
5 *Hæretici, alijq; crimino ſi non poſſunt præſentare.*
6 *Filius pro patre præſentare poteſt.*
7 *Pater, & filij admittuntur ſi iuſpatronatus ſit populi.*
8 *Iuſpatronatus ſi filio donetur, patri non competit præſentatio.*
9 *Pupillus ſine tutore poteſt præſentare, item & minor.*
10 *Tutor poteſt præſentare.*
11 *In concurſu præualet præſentatio pupilli.*
12 *Furioſus non præſentat.*
13 *Religioſi nequeunt proprio nomine præſentare.*
14 *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regul. & monialib. cap. 1. & 2.*
15 *Religioſi nequeunt eſſe procuratores ad præſentandum.*
16 *Religioſus poteſt eligere præſentandum, ſi id patronus velit.*
17 *Abbas cum conſenſu Capituli debet præſentare.*
18 *Conuerſi, & nouitij non ſunt de Capitulo.*
19 *Capitulum Sede vacante non poteſt conferre beneficia.*
20 *Sede vacante beneficia vacantia ſunt Papæ reſeruata.*
21 *Capitulum Sede vacante habet iuriſdictionem Epiſcopalem.*
22 *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. cap. 16.*
23 *Patronus ſi præſentet bis cum alio, ambo ſunt patroni.*

1 PRæſentare † autem poſſunt omnes, niſi reperian-

tur prohibiti, ius enim præſentandi eſt prohibitorium, ideoque in eo conceſſum videtur, quòd non eſt expreſsè exceptum, ſeu prohibitum. gloſſ. in cap. ex litteris. in verbo non excepto. de iurepatronatus. Et ideo patroni,†
2 & exiſtentes in quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi non ſunt prohibiti, præſentare poſſunt. cap. piæ mentis, & ibi gloſſa vlt. 16. quæſt. 7. Excommuni-
3 catus† autem excommunicatione maiori nō poteſt præſentare, quia cum ſit actus legitimus, interdicitur excommunicatis. ad text. in cap. intelleximus, & ibi gloſſ. vlt. de
4 iudic. Patronus autem † eccleſiaſticus ſi ſit ſuſpenſus nō poteſt eligere, nec præſentare. arg. tex. in c. cum inter R. circa finem de electio. & per Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. prima, quæſt. 2. artic. 3.
5 Item † nec Hæretici, eorumq; fautores, ſchiſmatici, apoſtatæ, infames, ſymoniaci, vel ſimiles criminoſi præſentare queunt per ſupradicta. Si au-
6 tem † patronus ſit pater, pro eo filius poteſt præſentare, ſicut quælibet alia coniuncta perſona, vt infra dicetur, ſed nomine ſuo non poteſt. Et ſi
7 iuſpatronatus † competat populo, & pater, & filij familias interuenire debent in præſentando. Lambertin. vbi ſupra art. 6. & ſi iuſpatronat. †
8 donetur filio, ei non patri competit præſentatio, quia quamuis ſit quid aduentitium; tamen cum ſit annexum ſpiritualibus non acquiritur patri. ad tex. in cap. ſi annum. circa finem, & ibi gloſ. vlt. de Iu-
9 dic. lib. 6. ita & pupillus † maior ſeptennio ſine tutore præſentare poteſt, & valet præſentatio. Archidiac. in cap. decernimus. in princ. 16. q. 7. Ioann. Andr. in cap. ex eo. num. 5. de elect. lib. 6. Abb. in cap. vlt. in fine de conceſſ. præben. & multo magis poterit præſentare minor vigintiquinque annis ſine Cura-
10 tore. Tutor † autem poteſt præſentare pro pupillo minore ſeptennio, ſeu maiore, & non præſentante; & ſi adſit præſentatio & pupilli, & tu-
11 toris, præualet † præſentatio pupilli. Lambertin. vbi ſupra art. 10. & ſi lis oriatur ſuper iurepatronat. tutor debet eā
12 proſequi. Furioſus † autem ſemper furens non præſentat, ſed

13 ſed eius Curator. Religioſi † autem qui promittunt tria vota ſubſtantialia regulæ, ſcilicet paupertatem, caſtitatẽ, & obedientiam. ad text. in cap. cum ad Monaſterium. de ſtat. Monac. proprio nomine non poſſunt præſentare, quia proprium habere nequeunt, ſed Monaſterij nomine. Cardin. Serafin. deciſ. 1328. & 1361. toto tit. de Regular. & notatur in cap. in præſentia. de probat. Conci-
14 lium † Trident. de regular. & monial. cap. 1. & 2. ſeſſ. 25. Nauarr. lib. 3. conſil. de ſtat. Monac. conſ. 13. num. 9. & in ſuo Manuali. cap. 12. nu. 50.
15 Nec poteſt † talis Religioſus à patrono conſtitui procurator ad præſentandum, niſi de licentia ſui ſuperioris; ſi ta-
16 men † plures patroni dicant ſe præſentare quem elegerit talis Religioſus, tunc talis Religioſus poteſt id facere, & nominare præſentandum: quod ſi comparere debeat coram Ordinario, id exequi debet cum licentia ſui ſuperio-
17 ris. Et ſi Abbas † præſentare debeat, tenetur id facere cum conſenſu maioris, & ſanioris partis ſui Capituli. cap.

nouit. cap. ea noſcitur, & cap. quanto. de his, quæ fiunt à Prælat. & de his Lambertin. vbi ſupra art. 12. niſi conſuetudo, præſcriptio, vel priuilegium aliter ſe haberent. per dictum cap. ea noſcitur. Con-
18 uerſi † autem, & Nouitij non profeſſi non admittuntur ad præſentandum quando iuſpatronatus competit Monaſterio, quia non habent vocem in Capitulo. Abb. in cap. 1. in
19 fine de procur. Capitulum † autem Sede vacante non poteſt conferre beneficia, nec ad beneficia vice Epiſcopi præſentare. cap. ſecundo, ne Sede vacante. Archidiac. in cap. 1. de inſtitut. lib. 6. Pius Quintus ſanctæ memoriæ, in Bulla Incipit, Sanctiſsimus in Chriſto Pater publ. 1568. die 9. Mart. Pontif. ſui anno tertio. Per quam omnia beneficia Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, ſeu Primatiali
20 Sede † vacante quomodolibet vacantia ad eorumdem Epiſcoporum collationem, prouiſionem, præſentationẽ, electionem, ſeu quamlibet aliam diſpoſitionem quomodolibet pertinentia ipſi ſummo Pontifici reſeruantur.

21 Quamuis Capitulum † ſucce-
dat Epiſcopo in his, quæ ſunt
iuriſdictionis. ad text. in
22 cap. 16. de † reformat. ſeſſ. 24.
Concil. Trident. vide Sum-
mam Bullarij Steph. Quaran
tæ in verbo Capitulum Sede
vacante, in verſiculo, nono
quæro, & de his Lambertin.
vbi ſupra artic. 14. Et aduer-
23 te ad hunc caſum, † quod ſi
quis eccleſiam, vel altare
ædificauit, cum hoc, quod ip-
ſe, & alius per eum eligen-
dus præſentent Rectorem; ſi
patronus cum Franciſco bis
præſentauit, Franciſcus cum
ipſo patrono ſemper præſen-
tare debebit, ad tollendam
infinitatem variandi. Lam-
bertin. vbi ſupra art. 16.

CAPVT TERTIVM.

De exiſtentibus in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, iuris præſentandi, & de eorum præſentatione.

SVMMARIVM.

1 *Bonæ fidei poſſeſſores rectè præſentant.*

2 *Malæ fidei poſſeſſores non admittuntur ad præſentãdum.*

3 *Bonæ fidei, vel malæ fidei poſſeſſor quis ſit.*

4 *Bona fides, vel mala quando præſumatur.*

5 *Poſſeſſor violentus non præſentat.*

6 *Lite mota putatiuo patrono poſſeſſori, quid agendum.*

7 *Præſentatus à bonæ fidei poſſeſſore præfertur.*

8 *Lite mota ſuper proprietate, ante litem conteſtatam poſſeſſor præſentat.*

9 *Secus ſi poſt litem conteſtatam.*

10 *Lite non finita intra debitum tempus, præſentatus à bonæ fidei poſſeſſore inſtituitur.*

11 *Bonæ fidei poſſeſſor rectè præſentat etiam poſt litem ſibi motam, ſed inſtitutio retardatur.*

12 *Præ-*

12 *Præſentatus à bonæ fidei poſſeſſore præfertur, etiamſi verus patronus præſentauerit.*

13 *Niſi ante inſtitutionem conſtet de proprietate.*

14 *Præſentatio facta à patrono præualet præſentationi malæ fidei poſſeſſoris.*

15 *Patronus verus præfertur, data paritate poſſeſſionis in concurſu patronorum.*

16 *Quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus, ſeu iuris præſentandi quomodo acquiratur.*

17 *Quaſi poſſeſſio acquiritur quatuor concurrentibus.*

18 *Concil. Tridentin. Seſſ. 25. de reformat. cap. 9. ſeruatur circa quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus.*

19 *Præſentatio effectum ſortitur ſi ſit confirmata.*

20 *Quaſi poſſeſſio amittitur caſſata præſentatione, vel non admiſſa.*

21 *Quaſi poſſeſſio compatroni conſeruatur per præſentationem alterius compatroni.*

22 *Patroni ſi admittunt in præſentando alium, eundem poſſeſſorem faciunt.*

23 *Quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus acquiritur per præſentationem.*

24 *Potior eſt in poſſeſſorio qui vltimo loco præſentauit.*

25 *Niſi in vltima præſentatione ambo præſentaſſent.*

26 *Quaſi poſſeſſio Patris, vel alterius continuatur in filium, & heredem.*

27 *Iuſpatronatus quaſi poſſidetur cum ſit ius.*

1 EXiſtentes igitur in quaſi † poſſeſſione iuriſpatronatus, & iuris præſentandi recte præſentant. Cardin. Mantica deciſ. 360. num. 6. cap. conſultationibus. de iurepatron. vbi Abb. num. 3. reddit rationem, dummodo ſint bonæ fidei poſſeſſores. Rot. Roman. deciſ. 7. de iurepatron. in nouis. Quod ſi
2 ſint † malæ fidei poſſeſſores, non debent admitti, & euicto iurepatronatus à vero patrono debet remoueri Rector inſtitutus ad præſentationem malæ fidei poſſeſſoris. gloſ. penult. in dicto cap. conſultationibus. vbi Innoc. Card. & Abb. ſi tamen inſtitutus ſit rite iuris ordine ſeruato non debet remoueri. Lamber. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quæſt. 3. artic. 2. Rocch. de Curte. de iurepatron. verbo competens alicui. quæſt. 22. nume-

3 ro 50. Is autem † eſt malæ fidei poſſeſſor, qui habet conſcientiam rei alienæ, bonæ autem fidei poſſeſſor eſt, qui poſſidet cogitatione domini, quia exiſtimat ſe eſſe dominum, & patronum. Abb. in dicto cap. conſultationibus.

4 Et an, & quando † præſumatur bona, vel mala fides in incorporalibus, videas Abb. in cap. ſi diligenti. num. 12. & ſeq. & ibi Felin. num. 4. de præſcription. Eadem ratio-
5 ne non admittitur † poſſeſſor violentus intruſus, vel inuaſor, ſi pacifice non poſſideant. Lambertin. vbi ſupra. artic. 6. & de intruſis vide Felin. in cap. in noſtra. num. 11. & 12. de reſcript.

6 Quid autem † ſi exiſtenti in quaſi poſſeſſione, & ſic patrono putatiuo poſſidenti lis moueatur? tu cum Lambertin. vbi ſupra. articulo 4. omiſſis difficultatibus, & varijs opinionibus pone plures
7 caſus. Primus † eſt, quando à tali eſt facta præſentatio, & poſtea comparet alius dicens ſe eſſe proprietarium: & tunc præſentatus à bonæ fidei poſſeſſore debet inſtitui non obſtante lite mota. Abb. in cap. cum veniſſent. de reſtitut. in integ. num. 22.
8 Secundus eſt † quando vacat eccleſia, & mouetur poſſeſſori lis ſuper proprietate ab aliquo fatente illum poſſidere, & non eſt lis conteſtata: & tunc poſſidens poteſt præſentare, & præſentatus debet inſtitui, quia talis fructus collectus ante litem conteſtatam non debet reſtitui. l. certum. C. de rei vend. & notatur in cap. grauis. de re-
9 ſtitut. ſpoliat. Tertius † eſt quando ſumus poſt litem conteſtatam: & tunc poſſeſſoris præſentatio debet admitti; ſed inſtitutio debet retardari ad finem litis, & ita poteſt intelligi Bald. in cap. 2. de reſtitut. in integr. niſi appareat cum fraude fuiſſe
10 litem motam. Si † tamen lis non ſit finita infra quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre inſpecta qualitate patronorum inſtitui debet præſentatus à bonæ fidei poſſeſſore: & hi caſus procedunt, quando lis eſt mota ſuper proprietate.
11 Quartus eſt † caſus quando talis poſſeſſor ante, vel poſtquam lis ſibi eſt mota ſuper ſua poſſeſſione præſen-

tat:

tat: & recte præſentat, quia quilibet debet conſeruari in ſua poſſeſſione; ſed inſtitutio retardatur ad finem litis. Bald. in dicto cap. 2. de reſtitut. in integr. Et in con-
12 curſu † præſentatorum vnius à bonæ fidei poſſeſſore, alterius à malæ fidei poſſeſſore præferendus eſt præſentatus à bonæ fidei poſſeſſore. Cardin. Mantica deciſ. 86. nu. 1. Innocen. in dicto cap. conſultationibus. de iurepatron. num. 3. quod ſi patronus verus præſentet vnum, & bonæ fidei poſſeſſor alium, pręſentatus à bonæ fidei poſſeſſore præfertur. Innocent. & Abb. in dicto cap. conſulta-
13 tionibus: niſi ante † inſtitutionem conſtaret de iure, & proprietate patroni, quia proprietas abſorbet cauſam poſſeſſionis. cap. dilectus. vbi gloſ. vlt. de cauſa poſſeſſ. & propriet. quod declara, vt in caſibus ſupradictis. Si au-
14 tem † præſentatio facta ſit à malæ fidei poſſeſſore; de cuius mala fide conſtat, & à patrono; præſentatio patroni præualet, quia quando nullus eſt in poſſeſſione, vel aliquis, ſed cum mala fide, omnes fructus pertinent ad proprietarium. l. mala fide. C. de cond. ex lege. late Abbas in cap. cumana. num. 12. de elect. & ideo ſi ſolus verus patronus non exiſtens in poſſeſſione præſentet, valet præſentatio. dicto cap. conſultationibus. à contrario ſenſu; & ibi Abb. Si autem
15 & † verus patronus & putatiuus præſentent, data paritate poſſeſſionis verus pręfertur. Bald. in l. 2. column. vlt. C. de ſeruit. & aqua. numer. 82. quod ſi verus non poſſideat, putatiuus ſic, dic vt ſupra de quaſi poſſidente, cui lis ſit mota, & de hoc Lambertin. vbi ſupra. art. 9.

16 Quaſi autem † poſſeſſio iuriſpatronatus, ſeu iuris pręſentandi acquiritur, prout acquiruntur poſſeſſiones, ſeu quaſi iurium incorporalium; de quibus Innocen. in cap. in litteris. de reſtitut. ſpoliator. nume. 6. Abb. in cap. bonæ. num. 20. il ſecondo. de poſtul. præl. & ex dictis Abb. in dicto cap. bonæ. dic quod dicta quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus acquiritur, ſi hæc concurrant. Cardin. Mantica deciſ. 322. numero 4. Primo

quod

17 quod talis † præſentet ſciente primo poſſeſſore, & patiente; ſecundo quod ſequatur inſtitutio, & confirmatio pręſentati, & ab inſtitutione non ſit appellatum; tertio, quod inſtitutus habeatur, vt inſtitutus; quarto, quod talis præſentans ſit in bona fide. Lambertin. vbi ſupra. artic. 10. ideoque clarum eſt iſtam quaſi poſſeſſionem acquiri per vnicam præſentationem vt ſupra factam. cap. cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & ibi Abb. latiſsime, & Rocch. de Curte. de iurepatron. verbo competens alicui. quæſt. 14. Cardin. Mantica deciſ. 150. num. 1. hodie autem ſerua-
18 ri † debet diſpoſitio Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. vbi ſtatutum eſt, quod omnia ſint irrita cum quaſi poſſeſsione inde ſequuta, ſi non ſint iurapatron. prouenientia ex dotatione, ſeu fundatione, ſiue ſint multiplicatæ præſentationes per tempus immemorabile, quod immemorabile non proſit, niſi etiam præſentationes continuatæ non minori ſaltem, quam quinquaginta annorum ſpacio; quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur. vide Card. Seraphinum deciſ. 1141. Effectum autem ſor-
19 titur † ſi ſit confirmata præſentatio, & ſic ſi habuit effectum, vt dicitur in cap. cumana. de elect. & ideo ſi præſentatio aliquo modo poſtea ſit reuocata, puta in cauſa appellationis nihil releuat, vt per Lambertin. vbi ſupra. artic. 13. quæ quaſi poſſeſ-
20 ſio † amittitur caſſata præſentatione per ſententiam. Innocen. in cap. 2. num. 2. de reſtitut. in integr. per non vſum autem non amittitur quaſi poſſeſſio, niſi appareat talem poſſeſſorem fuiſſe ſpoliatum, quia cum voluit præſentare non fuit admiſſus. ad l. 3. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. poſſeſſ. Si autem
21 ſint † plures patroni, & aliqui præſentant, alij non præſentantes nō amittunt quaſi poſſeſſionem, quia præſentantes conſeruant quaſi poſſeſſionem non præſentantium. Card. Seraphin. deciſ. 339. num. 3. vt late per Lambertin. vbi ſupra. artic. 16. Quod ſi pa-

22 ſi patroni † præſentando ſimul admittant alium ad præſentandum, qui non eſt patronus, ſibi præiudicant, & talis admiſſus abſque vlla contradictione quaſi poſſeſſionem acquirit. Abb. in capitulo ſcriptum. de elect. Lãbertin. vbi ſupra. artic. 17.
23 num. 10. & 11. Sed † quaſi iſta poſſeſsio non acquiritur per exercitium alterius actus (vltra præſentationem) competentis patrono, vt ſi quis vt patronus honoretur in eccleſia. Rocch. de Curte vbi ſupra. in verbo competens alicui. quæſt. 15. ſtante maxime alio in quaſi poſſeſſione illius actus, vel præſen-
24 tationis. Quod ſi quis † præſentauerit pluribus vicibus Rectorem ad vacantem eccleſiam; ſed vltimo loco alius præſentauit, iſte vltimus in poſſeſſorio potior erit. Cardin. & Abb. in cap. ex litteris. de iurepatron. per text. in cap. cum eccleſia Sutrina. vbi Abb. colum. 7. de cauſa poſſeſſ. & propriet. niſi
25 in † penultima præſentatione ambo præſentaſſent, quia tunc primus non amitteret quaſi poſſeſſionem, licet ſecundus ſolus in vltima præſentatione præſentaſſet. Qua-
26 ſi † autem poſſeſſio patris, ſeu anteceſſoris continuatur in filio, & hærede, ſeu ſucceſſore. Bald. in l. in ſuis. in principio. ff. de liber. & poſthum. vbi ait quaſi poſſeſſionem iurium trãſire in ſucceſſores, etiamſi ipſi ſucceſſores non exerceant actum, per quem inducitur dicta quaſi poſſeſſio, ea ratione, quia iura nõ poſſidentur; ſed quaſi poſſidentur. gloſ. in dicto cap. cum eccleſia Sutrina. in verbo quaſi poſſeſſionem.
27 Ideo † iuſpatronatus cum ſit ius, & ſic quid incorporale quaſi poſſidetur. Bald. in c. quanto. in fine. de iudic. ſed dicta quaſi poſſeſſio non tranſit in filium ſine apprehenſione. Cardin. Mantica deciſ. 88. num. 5. Rot. Rom.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Vacante eccleſia patronus, vel quaſi poſſidens per ſe, vel per procuratorem, Rectorem præſentare debent; & de procuratore conſtituto ad præſentandum.

SVMMARIVM.

1 *Patronus debet præſentare, vel eius procurator.*
2 *Si vacet beneficium.*
3 *Procurator conſtitui non poteſt ad beneficia vacatura.*
4 *Concil. Trident. Seſſ. 24. de reformat. cap. 19. tollit expectatiuas.*
5 *Procurator conſtitui poteſt ad conſentiendum reſignationi, vel permutationi.*
6 *Abſens rectè conſtituit procuratorem ad beneficia vacatura.*
7 *Conſuetudo Piſana circa tales procuratores.*
8 *Comes Nicolaus Gallettus Patronus plurium beneficiorum.*
9 *Procurator generaliter conſtitui poteſt in beneficijs vacaturis ex iuſta cauſa, & de conſenſu Ordinarij.*
10 *Data poteſtate conferendi poteſt quis præſentare, ſed data poteſtate præſentandi nõ poteſt conferre.*
11 *Præuentioni eſt locus ſi duo ſint procuratores patroni.*
12 *Et durante tempore ſecundus procurator variare poteſt ſi laicus ſit patronus.*
13 *Patronus poteſt præſentare, etiamſi habeat procuratorem, tunc autem procurator non poteſt.*
14 *Patronus poteſt variare ſi prius eius procurator præſentauit.*
15 *Mulier poteſt præſentare, & procuratorem conſtituere.*
16 *Procurator diuerſorum patronorum non poteſt diuerſos præſentare.*
17 *Iura loquentia de electione procedunt in præſentatione.*

18 *Fal-*

18 *Falſus procurator repellitur à præſentando.*

19 *Patronus poteſt præſentare, etiamſi procuratorem fecerit, iurando eum non reuocare.*

20 *Periurium eo caſu euitatur, ſi obtineat abſolutionem à iuramento.*

21 *Procurator conſtitutus ad præſentandum poteſt reuocari, & non valet præſentatio, etiã ſi procurator neſciat reuocationem.*

22 *Patronus poteſt præſentare per nuncium.*

23 *Patronus poteſt præſentare per litteras.*

24 *Pater pro filio, frater pro fratre, coniunctus pro coniuncto, amicus pro amico, cum promiſſione de rato præſentare poſſunt.*

1 VAcante igitur† Eccleſia, patronus, vel alius exiſtens in quaſi poſſeſſione debet præſentare Rectorem per ſe, vel per procuratorem. cap. ea noſcitur. vbi gloſſ. Abb. Cardin. & alij, de his quæ fiunt à Præl. ſine conſ. Cap. & cap. vltimo. de conceſſ. præben. quod procedit
2 in beneficio † vacante; tunc enim poteſt conſtitui procurator ad præſentandum, & abſens poteſt inueſtiri de beneficio per ſuum procuratorem. capit. accedens. de præbend. facit Felin. in cap. cum venerabilis. in princip. de exceptionib. In vacatu-
3 ris † autem beneficijs patronus non poteſt conſtituere procuratorem ad præſentandum, vel committere actum præſentationis faciendæ. cap. vlt. de conceſſ. præbend. vide Caſſadorum de iurepatr. deciſ. 5. num. 1. nec habens collationem poteſt id facere. cap. quia propter. §. illud autem. de elect. quia daretur votum captandæ mortis, & aperiretur via fraudibus; & in ſimili expectatiuæ gratiæ ad vacatura prohibentur à
4 Concilio † Triden. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 19. Procura-
5 tor † tamen ad conſentiendum renunciationi, ſeu permutationi conſtitui poteſt. Lambertin. de iurepatron. libro 2. part. 1. quæſt. 4. art. 2.
6 num. 6. Quod † tamen non procedit ſi quis ex iuſta cauſa debeat abeſſe à Patria, & morari in longinquis Regionibus, tunc enim auctorita-

te

te Ordinarij poterit conſtituere procuratorem, vt præſentet pro ſe ad vacatura. argum. cap. quoniam. de iurepatron. & cap. nihil. de elect. faciunt dicta per Innocen. in cap. 1. de conſtit. vbi Felin. col. 14.

7 Et ita vidi † ſeruari Piſis; in ea etenim Ciuitate Antiquiſſima, & Nobiliſſima adſunt multa beneficia, quorum iuſpatronatus eſt pœnes Nobiles viros Piſanos habitantes in Inſula Siciliæ in Ciuitate Panhormi, & iſti ſolent Piſis habere certum procuratorem ad præſentandum ad vacatura, prout ſolitus eſt facere Illuſtriſſimus Dominus †
8 Nicolaus Gallettus Cētegles Comes Galeani commorans in dicta Ciuitate Panhormi, qui habet multa beneficia in Ciuitate Piſarum, & in ea habet certum procuratorem ad prædicta, qui procurator ea exercet, & obtinet confirmationem præſentationis more ſolito. Et ideo † valide poterit procurator conſtitui generaliter ad præſentandum in omnibus eccleſijs, in quibus habet iuſpatronatus, ſi plures ſint eccleſiæ, vel vna,
9
maximè ſtante iuſta cauſa conſtituendi procuratorem, & accedente Epiſcopi conſenſu. Ioan. Andr. in dict. c. vlt.
10 de conc. præb. Et ſi † ſit data poteſtas conferendi beneficium, intelligitur data & poteſtas præſentandi, cum in vtraque ſit eadem ratio, cum maius ſit conferre, & ſic minus continet; ſed data facultate præſentandi non dicitur data facultas conferendi, cum minus non comprehendat id quod eſt maius, vt notat. per Abb. in cap. cum in cunctis. col. 2. de elect. Quod ſi duo
11 dati ſint † procuratores inſolidum ad præſentandum, & vnus præſentet, & præſentatus renunciet præſentationi, ille alter procurator non poterit præſentare, quia præſentationis actus fuit occupatus per primum. ad cap. ſi duo. de procur. lib. 6. Ioan. Andr. in cap. ſi quis. de elect. lib. 6.
12 niſi adſit † tempus ad præſentandum alium, quia ſi ſit laicus, variare poteſt. cap. quod autem. de iurepatronat. Pa-
13 tronus † autem, quamuis procuratorem conſtituerit, poterit præſentare; & eo præſentante, poſteà procurator non pote-

rit præſentare. Quod ſi pri-
14 mo † procurator præſentauerit, poterit patronus cumulatiuè alium præſentare. ita Gemin. in cap. dudum. n. 5.
15 de præben. lib. 6. Et † mulier patrona poterit procuratorē conſtituere, abſque conſenſu propinquorum. & præſentare libere. per dicta per Doctor. & præſertim per Felinum in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut.

16 Si autem † quis procurator conſtituatur à diuerſis patronis, non poteſt diuerſos præſentare. c. penult. §. porro. de elect. lib. 6. qui textus loquitur de electione, & procedit in præſentatione, cum
17 iura loquentia † de electione procedant & in præſentatione. per text. in cap. fin. & ibi gloſ. in verbo electione, de
18 elect. lib. 6. Falſus † autem procurator, ſi conſtet de falſitate, reijciendus eſt à præſentando, vt per Lambertin.
19 art. 12. vbi ſupra. Si † autem patronus conſtituerit procuratorem, quem non reuocare iurauit, poterit tamen præſentare; ſed erit periurus. Paul. de Caſtro conſ. 362. incipit, In Chriſti nomine Amen: Venerabilis vir. p. 1. Innoc. num. 5. & Ioan. Andr. in cap. dilecto. de præbend. Caute-
20 la tamen † eſt, vt iſte patronus antequam præſentet, ad euitandum periurium, quòd adeat Epiſcopum, & faciat ſe abſoluere à vinculo iuramenti prædicti, ad hoc vt abſque incurſu periurij liberè præſentet: quod ſolitum eſt fieri. Po-
21 terit † etiam talis procurator reuocari, ad hoc vt præſentatio non teneat, etiamſi reuocatio non deueniat ad notitiam reuocati. Paulus de Caſtro vbi ſup. conſ. 57. vbi ponit quadó procurator ignorans poſſit reuocari: quod fallit in caſu Clem. cum illuſio.
22 de renunciat. Poterit † etiam patronus præſentare per nuncium: ea enim, quæ expediri poſſunt per literas, poſſunt etiam expediri per nuncium. Abbas & alij in cap. prudentiam. ſuper gloſ. in verb. per certum nuncium, vbi Abbas nu. 21. de offic. deleg. & de hoc Lamber. vbi ſup. art. 15.
23 Patronus enim † poteſt per literas præſentare in eccleſia vacante. cap. ea noſcitur. de his quæ fiunt à Præl. vbi Abbas, Cardin. & alij. & dictis li-

literis ſtabitur, donec contrarium probetur. cap. poſt ceſſionem. de probat. Poteſt
24 etiam † pater preſentare pro filio patrono, frater pro fratre, coniunctus pro coniuncto, amicus, maxima amicitia aſtrictus pro amico patrono; ſed cum promiſſione de rato. ad l. ſed & hæ. ff. de procur. Quæ præſentatio cũ promiſſione de rato valet, & cenſetur ratificata, quando patronus infra tempus datum ad preſentandum non preſentet. latè Lambertinus artic. 17. vbi ſupra.

CAPVT QVINTVM.

Præſentatio non cadit in Eccleſijs Collegiatis.

SVMMARIVM.

1 *Patronus non poteſt præſentare ad eccleſiam collegiatam.*

2 *Secus ſi habeat priuilegium à Papa.*

3 *Decet tamen patronum conſentire electioni.*

4 *Patroni præſentant ad omnia beneficia exiſtentia in collegiata.*

5 *Patronus non poteſt præſentare in Monaſterijs regularium.*

6 *Abbatiſſa eligitur per ſcrutinium.*

7 *Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regul. & Monialib. cap.* 6. & 7. *ſeruatur in electione Abbatiſſæ.*

8 *Abbatiſſæ officium expirat triennio.*

9 *Praxis Piſarum in electione Abbatiſſæ.*

10 *Abbatiſſa eſt benedicenda.*

11 *Monaſterium ſi fundatum ſit cum pacto, quod moniales nominentur à fundatore, pactum ſeruandum eſt.*

12 *Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regul. & monial. cap. 15. & 17. ponit qualitates puellarum in Monaſterijs recipiendarum.*

13 *Sereniſſ. Chriſtina Lotharingia Magna Duciſſa Hetruria Monaſterij fundatrix*

14 Pa-

14 *Patronus poteſt præſentare clericum pro auxilio rectoris.*

15 *Iuſpatronatus ſi cadit, cadit & præſentatio.*

1 PAtronus† ergo, vel alius exiſtens in quaſi poſſeſſione pręſentandi pręſentant in eccleſijs, & locis, in quibus habent illud ius. toto titulo de iurepatron. ſed non poſſunt præſentare, ſeu eligere in eccleſia collegiata Rectorem. cap. nobis. §. cæterum. & ibi gloſ. de iurepatron. vbi habetur, quod eccleſia collegiata eſt eadem cum conuentuali, & eadem eſt eccleſia, quæ habet Capitulum, Conuentum, Collegium, & Vniuerſitatem, vt per Doct. in cap. cum terra. de elect. niſi † ex priuilegio Papæ patronus poſſit id facere. Farinac. parte 2. tomo 1. deciſ. 4. vt per Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. quæſt. 5. art. 1. & in dicto §. cęterũ. habetur, quod quamuis patronus non eligat Rectorem in Collegiata, electioni † tamen factæ eius conſenſus poſtulatur de honeſtate; niſi aliter de neceſſitate ex priuilegio, vel alio iure dictus conſenſus requiratur, vt per Lambertin. vbi ſupra. artic. 2. Abb. in cap. de hoc. de Simonia. numero 10. poſſunt tamen† patroni præſentare ad dignitates, & præbendas, & beneficia exiſtentia in dicta eccleſia collegiata. Ioan. Andr. in cap. vlt. in princip. de conceſſ. præbend. Abb. in cap. ſuggeſtum. de iurepatron. numero 3. Et ideo cum dictum ſit de eccleſia collegiata, eadem ratione † patronus non poteſt præſentare in Monaſterijs Regularium, neque in Monaſterijs Monialium, Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam: poterit tamen præſentare Cappellanum idoneum perpetuum ad regimen Eccleſiæ, Monaſterij; ita Federic. de Senis conſil. 95. Abbatiſſa autem † eligitur per ſcrutinium, ſeruata forma cap. quia propter. de elect. & cap. indemnitatibus. §. ſane. de elect. lib. 6. hodie autem ſeruatur † Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de regularibus, & & monialibus. cap. 6. & cap. 7. quo diſponitur, vt Abbatiſſæ, Prioriſſæ, ſeu Præfectæ Mo-

(Margin numbers in the text above: 2 at "terra. de elect."; 3 at "ta, electioni"; 4 at "mero 10."; 5 at "dem ratione"; 6 at "autem † eligitur"; 7 at "ſeruatur † Concil.")

Monialium eligantur ab Epiſcopo, ſeu illarum ſuperiore, qui ante cancellorum, feneſtellam vota ſingularum audiat, ſeu accipiat, quæ vota debent eſſe ſecreta, alias non valeret electio tanquam facta contra formam dicti Concilij; vſu tamen receptum eſt, vt Prelatus vna cum ſuo Vicario, & Cancellario aſſiſtat dictę electioni, & earum

8 officium non † vltra triennium durare poteſt; nec poſſunt confirmari; ſed per triennium debent abſtinere à tali adminiſtratione, ſecundum cōſtit. Greg. Decimitertij fel. rec. Romæ publicatam die 4. Ianuarij 1583. incip. Expo ſcit debitum. & infra, quam refert Quaranta in Summario Bullarij, verbo Abbatiſſa: & ita ego dum Vicarius

9 Monialium † eſſem Piſanæ Diœceſis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. D. Salluſtij Taurusij de Monte Politiano Archiepiſcopi Piſani fel. record. & mox Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. D. Franciſci Boncianij, Archiepiſcopi Piſani, in praxi ſeruaui ad vnguem dictum Concil. Trident. & quamuis in quodam Monaſterio prætenderetur à patrono ius in electione Abbatiſſæ; tamen nunquam fuit receptum dictum ius, neque admiſſus patronus; ſed electio fuit facta ſecundum dictum Concil. Tridentin. quæ Abbatiſſæ per Illuſtriſſimum Dominum Archiepiſcopum, ſeu eius Vicarium benedi-

10 cuntur: & ſi † poſtea iterum eligantur denuo non benedicuntur: & ita ſeruatur Piſis de conſuetudine inueterata, de qua re, ſcilicet de benedictione Abbatiſſæ triennalis, tractat Nauarr. conſ. lib. 3. tit. de ſtatu Monach. conſ. 2.

11 Crederem † tamen, quod ſi Monaſterium Monialium eſſet fundatum, & in limine fundationis eſſet patrono reſeruata facultas eligendi, ſeu nominandi Moniales, quod tale ius eſſet ſeruandum, dummodo in Moniales nominarentur puellæ habentes qualitates requiſitas à Con-

12 cil. † Trident. vbi ſupra. cap. 15. & 17. vt eſt Piſis, vbi à Sereniſſima Chriſtina Lotha

13 ringia † Magna Duciſſa Hetruriæ fundatum eſt Monaſterium mulierum Conuertitarum, quæ aluntur ſumptibus

bus dictę Sereniſsimę, cuius pietas, liberalitas, charitas, & religio in omnibus rebus ſplendeſcunt, & mulieres ad voluntatem dictę Sereniſſimę admittuntur in dictum Monaſterium. Pote-
14 rit † etiam patronus pręſentare clericum pro auxilio Rectoris, quando talis clericus eſſet inſtituendus. ad can. principali. diſtinct. 63. ſi autem non ſit inſtituendus; ſed ad libitum remouendus, poteſt Rector ſolus ſibi talem deputare. argum. cap. vt quiſquis clericus. de vita, & honeſt. cleric. & ita videtur velle Ioan. Andr. in cap. poſtulaſti. de iurepatron. Et re-
15 gulariter † in omnibus locis; in quibus ſupra dictum eſt cadere iuſpatronatus, cadit & præſentatio, vt in Hoſpitali, Orătorio, & ſimilibus.

CAPVT SEXTVM.

Præſentatio non habet locum, niſi vacet beneficium Patronatum.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio fit quando eccleſia vacat.*
2 *Eccleſia propriè vacat per mortem rectoris.*
3 *Et per renunciationem.*
4 *Præſentatus ſecundus inſtitui debet renunciante primo præſentato.*
5 *Præſentatio ſecũda fieri nequit non caſſata prima præſentatione.*
6 *Patronorum conſenſus requiritur in beneficiorum permutatione.*
7 *Eccleſia vacat ſi rector ſit ea priuatus.*
8 *Beneficium ſi de iure vacet, patronus poteſt præſentare.*
9 *Etiamſi de facto & iniuſtè rector eſſet priuatus.*
10 *Lite pendente ſi moriatur vnus ex præſentatis, vel cedat, non poteſt alius præſentari.*

11 *Idem eſt ſi patroni ſint eccleſiaſtici.*
12 *Secus eſt ſi moriatur præſentatus ante lapſum quadrimeſtre.*
13 *Eccleſia commendata vacat per mortem commendatarij.*
14 *Beneficia patronatā vacāt per promotionem rectoris ad Epiſcopatum.*
15 *Niſi talis promotus ex diſpenſatione ea retineat.*
16 *Beneficium primum vacat per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis.*
17 *Quando locum habeat vacatio incompatibilis.*
18 *Patronus præſentare poteſt quocumque modo vacet beneficium.*
19 *Præſentatio non fit ad beficia vacatura.*
20 *In Coadiutorijs ad beneficia patronata requiritur conſenſus patronorum, ſi non ſit derogatum.*
21 *Beneficia vacantia in Curia ſunt reſeruata.*
22 *Etiamſi ſint iuriſpatronatus.*

1 PRæſentatio † autē fit per patronos, vel exiſtentes in quaſi poſſeſſione, quando eccleſia vacat; & ideo quamuis patronus in habitu habeat ius præſentandi, tamen exercitium præſentandi non habet in actu, niſi quando eccleſia vacat. cap. illud. de iurepatron. cap. vltimo de conceſſ. præben. vbi Cardin.
2 Abb. & alij. Vacat † autem propriè, & verè eccleſia per mortem Rectoris, quia mors omnia ſoluit. §. deinceps. authen. de nupt. Vacat etiam †
3 per renunciationem, quando Rector ſimpliciter renunciat eccleſiam, quia talis renuncians, & cedens poteſt dici mortuus quo ad illud beneficium, quod reſignauit, & ideo patronus tunc poterit præſentare; facit Rot. Rom. de renunciat. deciſ. 16. in antiquis: ſecus ſi eſſet renunciatio ſymoniaca, quia tunc non vacat eccleſia, vt per Innoc. in cap. cum vniuerſorum. de rerum permutat. & in dicta deciſ. Rotæ habetur, quod
4 renunciante † primo præſentato præſentationi de ſe factæ, ſecundo præſentatus à patrono debet inſtitui; patronus enim poteſt iterum præſentare, quando præſentatus non conſentit præſentationi, vel

vel quando poſt conſenſum renunciauit, vel quando moritur ante inſtitutionem, aut quando non valet præſentatio ob crimen occultum præſentati, ſeu ob aliam cauſam non procedentem ex culpa præſentantis, & dummodo hoc ſit abſque fraude; de quibus Lambertin. de iurepatro. lib. 2. par. 1. quæſt. 6. art. 4.
5 & 5. præſentatione autem † prima non caſſata niſi ſit euidenter nulla, non poteſt fieri ſecunda pręſentatio. Lamber. vbi ſupra art. 7. In permutationibus autem beneficiorum requiritur vera, & libera renunciatio in manibus ſuperioris beneficiorum permutandorum; ex quo tunc dicta beneficia dicuntur vacare, quæ ſi ſint patronata, patroni non præſentant, ſed con-
6 ſentiunt † tali permutationi. Flamin. Pariſius de reſignat. benefic. tomo 1. lib. 2. quæſt. 4. num. 10. & tomo 2. lib. 11. quæſt. 5. num. 20. niſi in tali permutatione cōcurreret vtilitas, ſeu neceſſitas eccleſiæ, vel populi, & patronus eſſet eccleſiaſticus, & permutatio fieret per legatum. Lambert. vbi ſupra art. 6.

Praxis Iuriſpatron.

7 Vacare dicitur etiam † eccleſia; ſi Rector eccleſiæ patronatæ ob delictum, ſit ea priuatus. can. ſi Papa. diſtin. 40. cap. 2. & cap. vltimo de cleric. non reſident. Abb. & alij in cap. ad petitionem de accuſat. & tunc patronus poterit alium præſentare; niſi Rector ille priuatus eſſet ex delicto, quo erat inquinatus tempore præſentationis, & quod delictum erat notum patrono, quia pro illa vice patronus, qui præſentauit ſcienter indignum, priuatur iure præſentandi. cap. cum vos. vbi gloſ. in verbo minus idonee, & ibi Abb. de offic. ord. facit diſtinctio Abb. in cap. innotuit. nu. 7. & 8. de elect. Lambertin. vbi ſupra art. 8. Et
8 ſi beneficium † vacet de iure, non tamen de facto, patronus poterit præſentare. cap. licet Epiſcopus. de præben. lib. 6. non vocato poſſeſſore. quod procedit in priuato Rectore per ſententiam. Felin. in cap. cæterum. num. 24. de reſcript. Lambertin. vbi ſupra
9 art. 9. & 10. Quod ſi † Rector ſit de facto priuatus ob iniuſtitiam Iudicis, ſi non appellauit, patronus rectè alium

præſentare poterit, quia pro ſententia præſumitur ſi non fuerit reuocata. cap. cum inter, &c. ſicut. de re iudic. & ideo facit Ius inter partes, vt in dicto cap. cum inter. & ibi
10 Abb. Et ſi pendente † lite inter duos electos, ſeu præſentatos contingat vnum illorũ mori, vel liti cedere, non poteſt alter eligi, ſeu præſentari, qui aſſumat illius iura. c. 1. vt lit. pend. lib. 6. quod etiam
11 indiſtinctè † locum habet in præſentatis à patronis eccleſiaſticis, cum eorumdem præſentationes cenſeantur electiones, vt per Abb. in cap. cum autem. num. 3. & in cap. paſtoralis. num. 4. de iurepatronat. Et habet etiam locum text. in dicto cap. 1. in duobus præſentatis à patronis laicis, quando vnus ex præſentatis moritur, vel renunciat poſt tempus quadrimeſtre datum ad præſentandum, & ideo ſi alius tunc fuerit præſentatus, non tenet pręſentatio. cap. 2. vt lite pend.
12 lib. 6. Quod ſi mors, vel † renunciatio contingat ante lapſum dicti quadrimeſtris, ſecus eſt, quia tunc laicus patronus infra dictum tempus poteſt accumulando variare, & alium præſentare. cap. cum autem de iurepatronat. & de his Lambertin. vbi ſupra artic. 12.

13 Vacare † etiam dicitur eccleſia, in qua eſt perpetuus adminiſtrator, ſeu Commendatarius, per mortem dicti Commendatarij: & de ſtylo in Curia talia beneficia perpetuo commendata conferuntur, ſi vacent per mortem, ſeu reſignationem dictorum commendatariorum. Lambertin. vbi ſupra art. 14.

14 Vacant etiam † beneficia iuriſpatronatus, ſi eorumdem Rector ſit ad Epiſcopatum promotus, quia promotus videtur tunc alia beneficia relinquere, ſecundum Innocen. in cap. in noſtra num. 3. de reſcript. Doct. in cap. non poteſt de præbend. lib. 6. & text. in cap. cum in cunctis. vbi Doct. de elect. quod procedit quando adeptus eſt poſſeſſionem Epiſcopatus. Innoc. vbi ſupra. gloſſ. prima in cap. ſi quis iam tranſlatus. 21. q. 2. per text. in dicto cap. cum in cunctis. & ideo patroni poterunt ad beneficia ſic vacantia alios præſentare: & ita

etiam

etiam tenet Rot. Rom. deciſ. 3. de præben. in nouis. quod
15 non † procedit quando ex diſpenſatione Apoſtolica talis promotus ad Epiſcopatum poteſt retinere omnia beneficia, quæ prius habebat, vt latè per Lambertin. vbi ſupra artic. 15.

16 Eodem modo † vacat ipſo iure primum beneficium per adeptionem ſecundi incompatibilis cum primo, itaut patroni poſſint præſentare. cap. de multa. de præben. cap. ſi beneficia. de præbend. lib. 6. cap. vt quis duas, de elect. lib. 6. & hoc dummodo quomodocumque ſit adeptus poſſeſsionem ſecundi. cap. ſi tibi conceſſo. de præben. lib. 6. & ibi gloſſ. vlt. Abb. Cardin. & alij in dicto cap. de multa vbi Abb. & Ioan. de Imola ponunt plures limitationes ad dictum cap. de multa. de his Lamber. vbi ſupra art. 16.

17 Et quomodo † vacet primum beneficium per aſſecutionem ſecundi incompatibilis, vide late Hoiedam de compatibilitate, & incompatibilitate beneficiorum. cap. 13. & ſeq. Cardin. Serafin. deciſ. 483. & 953.

18 Et ideo † quomodocũque vere, & cum effectu vacet eccleſia, ſeu beneficium, vel per modos antedictos, vel per translationem Epiſcopi, vel per ingreſſum Religionis, vel per violentam poſſeſsionem, per contractum matrimonij, vel per lapſum temporis dati ad aliquem ordinem accipiẽdum, vel aliter, ſemper patroni poſſunt præſentare; quia vbi datur vacatio, ibi datur & præſentatio. cap. vltimo, & ibi Doct. de conceſſ. præbend. Lambertin. vbi ſupra art. 18.

19 Et ideo ad † eccleſiam vacaturam non fit præſentatio. dicto cap. vltimo. quod ſi Rectori ſeni, vel ægroto dandus ſit coadiutor cum futura ſucceſsione, tunc cum ſolus Papa hoc faciat ſi non expreſsè deroget iuripatronat. requi-
20 oretur conſenſus † patronorũ, ſecus ſi expreſsè deroget; ſi autem coadiutor detur tantum ad vitam dicti Rectoris, bene eſſet habere conſenſum patronorum ex eo, quia agitur de intereſſe eccleſiæ, vt per Doct. in cap. vlt. de cleric. ægrot. & vide Lambert. vbi ſupra art. 20. nec poteſt Rector ſibi eligere ſucceſſo-

rem, vt per Lambertin. vbi
21 ſupra art. 21. Cum autem †
beneficia vacantia in Curia
ſint Papæ reſeruata, vt habe-
tur in cap. 2. de præben. lib. 6.
comprænduntur etiam be-
neficia iuriſpatronatus perſo-
narum eccleſiaſticarum, cum
earum præſentatio ſit electio;
laicorum autem non. Cardin.
in Clement. 2. quæſt. 7. de
præben. per gloſſ. ibidem
verbo Apoſtolicis, & hanc eſ-
ſe communem teſtatur Rocc.
de Curte de iurepatronat. in
verbo honorificum num. 7. &
ſequentibus; præſertim cum
in dicto cap. 2. non fiat men-
tio de præſentatione, & ta-
men differentia ponatur inter
conferre, eligere, prouidere,
& præſentare in cap. cum in
illis. §. cum autem de præb.
22 lib. 6. attamen † etiam bene-
ficia iuriſpatronatus vacantia
in Curia comprænduntur
in dicta generali reſeruatio-
ne, & Papa ſolet ea conferre
cum expreſſa derogatione
iuriſpatronatus, excepto iure
patronatus ad Reges perti-
nente: ita alios adducens po-
nit Flamin. Pariſius de reſi-
gnat. benefic. tomo 1. lib. 2.
quæſt. 4. num. 45. 46. & 47.
& ita ſeruatur. vide Praxim
Archiepiſcopalem Leonis,
parte ſecunda, cap. 20.

LIBER SEXTVS

In quo tractatur materia præſentandorum.

CAPVT PRIMVM.

In quo habetur, quod omnes poſſunt præſentari, qui non ſunt prohibiti.

SVMMARIVM.

1 *Præſentari poſſunt qui non ſunt prohibiti.*

2 *Clerici dicuntur habentes primam tonſuram.*

3 *Ordines ſunt ſeptem ſecundum Theologos, & ſecundum Canoniſtas nouem.*

4 *Clericus primæ tonſuræ gaudet priuilegio clericali.*

5 *Si habeat beneficium, vel deferat habitum clericalem, & de mandato Epiſcopi eccleſiæ inſeruiat.*

6 *Concil. Trident. Seſſ. 23. de reform. cap. 6.*

7 *Clericus primæ tonſuræ præſentari poteſt, niſi beneficium requirat maiorem ordinem.*

8 *Clericus coniugatus non poteſt habere beneficia.*

9 *Si tamen incedat in habitu, & tonſura, habere poteſt ex diſpenſatione Apoſtolica.*

1 NVnc eſt † videndum qui poſſint præſentari in Eccleſia patronata, ſeu beneficio. Præſentari ergo omnes poſſunt, qui non prohibentur, puta in locis Religioſis clerici, vt toto tit. de iurepatron. & 16. q. 7. per totam,
2 & clerici † dicuntur etiam illi, qui habent ptimam tonſuram, quæ (licet ſecundum
3 Theologos, qui ſeptem † tantum

tum ordines ponunt ob ſeptiformem gratiam Spiritus ſancti) non ſit ordo (vide D. Thomam in Summa in Supplemento ad tertiam partem. quæſt. 37. art. 2.) tamen ſecundum Canoniſtas, qui nouem ordines ponunt addendo pſalmiſtatum, ideſt primam tonſuram, & Epiſcopatum ſecundum nouem ordines Angelorum eccleſiæ triũphantis, dicitur ordo. ca. cleros. diſtinct. 21. Abb. in cap. cum in cunctis. §. cum vero. num. 2. de elect. gloſ. & Doctor. in princ. procem. ſexti decretal. in verbo Epiſcopus, & in cap. cum contingat. de ætat. & qualitat. & clericus
4 primæ † tonſuræ gaudet priuilegijs clericalibus, ſcilicet priuilegio ca. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. priuilegio fori. cap. ſi diligenti. de foro competen. gloſ. in dicto ca. cleros. diſtinct. 21. ſed ta-
5 men hoc † declaratur, quod gaudeat fori priuilegio, ſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Vniuerſitate de licẽtia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos verſetur. ita
6 Concil. † Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. Clericus
7 primæ † tonſuræ recte præſentatur, niſi beneficium in præſentato requireret maiorem ordinem ex ordinatione fundatoris, quia talis habens ordinem requiſitum debet præſentari. cap. ſignificatum. de præbend. attenditur igitur natura beneficiorum. iuxta not. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitution. & per Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. parte 1. quæſtione 7. articulo 2. Clericus
8 autem † coniugatus licet veniat appellatione clericorum, & poſſit coniugari cum vnica, & virgine. c. 1. de cleric. coniug. non poteſt tamen habere beneficia. c. 1. c. 2. c. diuerſis. & c. Ioannes. de cleric. coniug. & rationem ponit Abb. in dicto c. diuerſis; ſi tamen
9 incedat † in habitu, & tonſura, poteſt ex diſpenſatione apoſtolica habere beneficium ſimplex. gloſ. vlt. in dicto c. Ioannes. cum conſenſu patroni, Lamb. vbi ſupra. art. 3.

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

Regulares præſentantur ad beneficia regularia.

SVMMARIVM.

1 *Heremitæ, & Regulares non poſſunt præſentari ad beneficia.*

2 *Regularia beneficia regularibus, ſæcularia ſæcularibus ſunt conferenda.*

3 *Conc. Trid. ſeſſ. 14. de reform. cap. 10.*

4 *Equites Hieroſolymitani præſentantur ad beneficia dictæ religionis.*

5 *Equites Cappellani Sancti Stephani Piſarum præſentantur ad eccleſias ſeculares.*

6 *Religionis Sancti Stephani Piſarum laudes.*

1 HEremitæ autem † Conuerſi, Fratres, Monachi, & ſimiles, quamuis tanquam vocati in ſortem Domini, clericorum appellatione veniant. gloſſ. in cap. duo ſunt genera. 12. quæſt. 1. Iſti non poſſunt præſentari niſi ſint capaces de iure, vt in beneficijs regularibus. ad text. in cap. ex eo. §. vlt. de elect. lib. 6. vel de ſpeciali fundatorum diſpoſitione, vel ex Papæ priuilegio. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæſt. 7. artic. 4. & 10. Regularia
2 enim † beneficia Regularibus, ſecularia ſecularibus ſunt conferenda, vt habetur in
3 Concil. Trident. † ſeſſione 14. de reformat. cap. 10. & in clement. 1. §. ſane prioratus. de ſtatu monachorum. Cardinalis Mantica deciſio. 68. num. 5. Rot. Rom. Cardin. Seraphin. deciſ. 1165.
4 & 1305. Et ideo † milites ſacræ, & Illuſtriſſimæ Religionis Hieroſolymitanæ, & ſimiles poſſunt tantum præſentari regulariter in eccleſijs ſuarum Religionum. Lambertin. vbi ſupra artic. 5. Vſu tamen receptum, & deci-

5 ciſum eſt Piſis † in Cappellanis, qui vocantur Equites cappellani ſacræ, & Illuſtriſſimæ Religionis ſancti Stephani Papæ, & Martyris, vt etiam quamuis Regulares videantur, & habeant proprias eccleſias dictæ Religioni ſubiectas, præſententur ad alias eccleſias ſeculares, & obtineant. ita habetur in libro Statutorum, & Conſtitutionum dictæ Religionis Sancti Stephani. fol. 26. & ſequentibus. vbi ſunt deciſ. Rot. Roman. Robuſterij, Seraphini, Pamphilij, & Arigonij. De qua re pertractat Nauarr. conſil. libro 3. de Regul. conſil. 10. Cuius qui-
6 dem † Religionis præclariſſimæ res geſtæ toto terrarum orbe prædicantur; eiuſque triremes auroram inter, & heſperum inſignes, & fortiſſimi equites ſub feliciſſimis auſpicijs Sereniſsimi Cosmi Medices Magni Ducis Hetruriæ Primi, dictæ Religionis Fundatoris, & Magni Magiſtri apud Echinadas Inſulas in nauali pugna fortiter pro fide catholica dimicando cum victoria rediere; mox ſub Inuictiſſimis Franciſco, & Ferdinando feliciſs. recordation. captis pluribus Turcarum triremibus, locis, Oppidis, & Vrbibus, hodie autem ſub feliciſſimo Imperio Sereniſſimi Coſmi Secundi, triremibus munitiſſimis captis, demumque reſtituta Mediterraneo Mari tranquillitate ob debellatos Turcarum impetus, ſemper incolumes Liburnum multo rediere triũpho; adeout merito dicantur Turcarum terror, ſalus publica, Infidelium exterminium, & tutela nauigantium.

CA-

CAPVT TERTIVM.

Mulier non poteſt præſentari, & an laicus, vel filiusfamilias præſentari poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Mulier non poteſt ad beneficia præſentare.*

2 *Ratio, quia non poteſt ordinari.*

3 *Mulier fit Abbatiſſa.*

4 *Mulier poteſt eſſe Canonica.*

5 *Piſis adeſt ſocietas Canonicarum.*

6 *Laicus non poteſt præſentari ad beneficia.*

7 *Laicus poteſt habere præbendam ſeparatam à Canonia.*

8 *Filiusfamilias poteſt ad beneficium præſentari.*

1 MVlier autem † non poteſt præſentari, quia non poteſt ordinari ſexu impediente. gloſſ. & ibi text. in cap. Diaconiſſam. 27. quæſt. 1. Doct. in cap. noua. de pœnit. & remiſſ. ratio † eſt, quia
2 cum clericus ordinatur, tacitè coniugatur eccleſię tanquam ſponſus ſponſæ, hoc miſterium non poteſt cadere in femina, quæ ipſa eſt ſponſa;
3 poteſt tamen † mulier eligi in Abbatiſſam, & præſentari, vt ſit Monialis, vt dictum eſt ſupra in lib. 5. cap. 5. Poſſunt
4 etiam † mulieres eſſe Canonicæ regulares. cap. dilecta. ibi Canonicas ſuas. de maiorit. & obed. & Clemen. attendentes. §. illas quoque mulieres. de ſtat. Monac. quæ tamen viuunt ſecundum vitam, & ordinem Canonicorum ſecularium. dicto §. illas quoque.
5 Piſis † etiam in inſigni Primatiali eccleſia adeſt ſocietas quædam nuncupata Canonicarum Altaris Beatiſſimæ Mariæ ſemper Virginis, quæ Canonicæ, ſunt mulieres ætate graues, & honeſtæ, & quolibet ſabato congregan-

gantur apud dictum Altare, vbi cantatur miſſa, & poſtea ſit proceſſio per eccleſiam à clericis Seminarij, & à duobus Capellanis, qui curam gerunt dictæ eccleſiæ, & vnà ſimul in proceſsione incedunt dictæ Canonicæ, quæ gaudét multis indulgentijs, & gratijs, earumq; congregatio, ſeu ſocietas confirmata fuit à Leone Papa Decimo, eidemque à Clemente Papa Octauo conceſſæ fuerunt indulgentiæ quædam, & antea ab alijs ſummis Pontificibus.
6 Laicus † autem cum non ſit clericus non poteſt à patronis præſentari. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitut. & gloſſ. in cap. cum M. in verbo receperunt de conſtit. vbi Abb. Felin. & alij. vbi gloſſ.
7 ait laicum poſſe † habere præbendam ſeparatam à Canonicatu, vt quia ſit magiſter in eccleſia, vel cauſa remunerationis, & ſic quando præbenda non eſt annexa Canoniæ.
8 Inſuper † filiusfamiliæ, cum poſsit eſſe Sacerdos, & Epiſcopus, poteſt ad beneficium præſentari, quod probatur in cap. ſi annum. in fine de iudicijs. lib. 6. vbi præſupponit filiumfamilias habere beneficium. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. quæſt. 7. art. 8.

CAPVT QVARTVM.

Seruus Infidelis, & illegitimus non poſſunt præſentari, nec etiam irregularis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus non poteſt ad beneficium præſentari.*
2 *Nec infidelis.*
3 *Nec illegitimus.*
4 *Illegitimus ex diſpēſatione poteſt ordinari, & præſentari.*
5 *Irregularis non poteſt ad beneficium præſentari.*
6 *Irregularis quis ſit viginti tribus modis.*
7 *Irregularis qui ſit.*

Ser-

1 SEruus † non poteſt præ-
ſentari, etiam ſi ſit Chri
ſtianus, cum non poſſit or-
dinari, niſi prius manumit-
tatur. cap. 1. 2. & 3. diſtinc.
54. debet enim eſſe immunis
ab alijs, qui Diuinæ Militiæ
eſt aggregandus. dicto cap.
1. ſi ergo manumiſſus ſit, &
fiat clericus poterit præſen-
2 tari. Infidelis † etiam non
poteſt præſentari, quia in-
fidelis, & incapax. Lamber-
tin. de iurepatron. libro 2.
par. 1. quæſt. 7. artic. 9. Il-
3 legitimus † autem quocun-
que nomine cenſeatur, pro-
hibetur ordinari. cap. per ve-
nerabilem. qui filij ſint le-
gitimi; Ideo non poteſt nec
eligi, nec præſentari. argu-
mento text. in cap. accepi-
mus. de ætate, & qualitate.
Card. Seraphin. deciſ. 1442.
num. 9. nam ex incontinen-
tia parentum quaſi macula-
tus, & inhoneſtatus cenſe-
tur, verum fama promouen-
di in nullo debet vacillare.
cap. laici. diſtinct. 33. ſi ta-
men de facto ordinetur te-
net ordinatio. cap. vlt. de
tempor. ordinat. Si tamen
4 talis illegitimus † ſit hone-
ſtus, & virtute præditus cum
eo poteſt diſpenſari ad ordi-
nes, & beneficia. cap. inno.
tuit. vbi gloſſ. Abb. & alij.
de elect. & tunc poterit præ-
ſentari: & de illegitimo le-
gitimato per ſubſequens ma-
trimonium, & de alijs legi-
timatis per Papam, vel per
alios, videas tex. in cap. tan-
tâ. & ibi Abb. & alij, qui fi-
lij ſint legitimi. Lambertin.
vbi ſupra artic. 11. Irregula-
5 ris † etiam, qui extra regu-
lam poſitus eſt, non poteſt
præſentari, cum non poſsit
ad ordines promoueri. Nam
irregularitas eſt impedimen-
tum Canonicũ de facto pro-
ueniens, quod impedit ad ec-
cleſiaſticos ordines promoue-
ri, & iam promoto in illis
prohibet adminiſtrationem
ad text. in cap. vltimo, de
tempor. ordinat. poteſtq; Ir-
6 regularis † quis fieri viginti
tribus modis, vt per Silue-
ſtrum in ſua Summa in verbo
7 irregularitas: & irregulares †
ſunt corpore vitiati, bigami,
& alij quos elegantiſſimè re-
cenſet D. meus Vincentius
Mazzolius Primatialis Eccle-
ſiæ Piſanæ Decanus auuncu-
lus meus cariſſimus, recolen-
dæ mem. in ſua breui regula

ad

ad Confeſſarij, & Confitentis munus rite obeundum compoſita par. 2. in verbo irregularitas. num. 269. & ſequentibus. Lambertin. vbi ſupra art. 12. 13. & 14.

CAPVT QVINTVM.

Beneficiatus vnius Beneficij, an poſſit ad aliud beneficium præſentari, & an duo ad idem beneficium præſentari poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus poteſt ad aliud beneficium præſentari.*

2 *Concil. Trident. Seſſ. 24. de reform. cap. 17.*

3 *Epiſcopus ex diſpenſatione poteſt ad beneficiũ præſentari.*

4 *Cardinalis etiam poteſt præſentari.*

5 *Præſentari quando poſſint duo ad idem beneficium.*

6 *Præſentari ſi duo debeant ex fundatione, talis conſuetudo ſeruanda eſt.*

7 *Vnus ſolus ad quodlibet beneficium regulariter præſentatur.*

8 *Patronus laicus poteſt variare, duosq; præſentare.*

9 *Inuitus quis præſentari non poteſt.*

10 *Clericus quis non ſit inuitus.*

11 *Clericus inuitus cogi poteſt à Papa vt accipiat beneficium.*

12 *Regulares quando poſſint præſentari ad eccleſiam ſecularem.*

13 *Clericus quando poſſit præſentari ad altaria exiſtentia in eccleſiis regularium.*

1 Beneficiatus † vnius Beneficij patronati poteſt ad aliud præſentari, niſi lex fundationis aliud diſpoſuerit, & niſi ſint incompatibilia; & de iure quis poteſt habere plura beneficia ſine cura reſidentiam non requirentia. cap. gratiam. de reſcript. libro ſexto. Clementin. gratiæ.

tiæ. de reſcript. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. quæſt. 7. artic. 15. Hodie au-
2 tem † ſeruari debet decretum Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 17. vbi ſtatutum eſt, vt in poſterum vnum tantum beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur: quod ſi ad vitam eius, cui confertur nonſufficiat, liceat aliud ſimplex ſufficiens, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferre, alioquin vacare ipſo iure cenſeantur. Et vltra duo beneficia ad alia petitur diſpēſatio à ſummo Pontifice: & de hac materia videas late Hoiedam in ſuo tractatu de benefic. compatibilitate, & incompatibilitate. Epi-
3 ſcopus † etiam quamuis per promotionem ad Epiſcopatum amittat beneficia, niſi ſit diſpenſatus, tamen quia venit appellatione clericorum in fauorabilibus. capit. quarto. de ſentent. excommunicat. lib. 6. & ibi Doct. Abb. in cap. bonæ. il primo. num. 2. de poſtulat. Prælat. tamen dici poteſt, quod poſſit ad beneficium à patronis præſentari, ſi prius petat ad hoc diſpenſationem, quamuis Lambertin. vbi ſupra. artic. 16. teneat contrarium: vbi tamen concludit, quod
4 Cardinales † poſſunt præſentari ad beneficia iuriſpatronatus. An autem duo poſ-
5 ſint præſentari † ad eandem eccleſiam, & eam obtineant, dicas cum Lambertin. vbi ſupra. artic. 17. quod ſi loquimur in præbenda, & concurrat mens patronorum ad eam diuidendam, eorumque conſenſus, Epiſcopi, & Capituli, rationabilis cauſa, & ſufficientia fructuum, poteſt fieri diuiſio, & præſentati obtinebunt. ad text. in cap. vacante. de præbend. Si autem aliud ſit beneficium, &
6 in † limine fundationis ſit appoſitus modus, quod duo præſententur ad illud beneficium, eo caſu cum duæ videantur creatæ Cappellaniæ cum conſenſu Ordinarij, talis conſuetudo ſeruanda eſt. ad not. in cap. cum dilectus. de conſuetud. & in cap. præterea. il ſecondo. de iurepa-
7 tron. Si autem † in limine fundationis nihil ſit dictum, tunc vnus tantum ad quodlibet beneficium eſt præſen-

tandus, quia quælibet vxor eodem tempore debet habere virum vnum, & non plures; Cardinalis Seraphin. deciſ. 691. accumulatiue tamen
8 men † patronus poteſt variare, & duos præſentare; ſed vnus inſtituetur. capit. quod autem. de iurepatron.
9 Inuitus † autem quis non poteſt prçſentari. cap. beneficium. de regul. iur. lib. 6. l. inuito. ff. de regul. iur.
10 Nam clericus† inuitus non creatur. ca. 1. diſtinct. 71. ca. honoratus. diſtinc. 74. cap. quæris. de ætat. & qualit. gloſ. vlt. in cap. 7. in verbo inuiti. de vita, & honeſt.
11 cleric. ſi tamen † quis ſit clericus, poteſt inuitus cogi ſolum per Papam, vt accipiat beneficium, & fiat Prælatus. Abb. in cap. vlt. numero 11. de poſtulat. prælat. præſertim in beneficijs curatis: quod declara ſecũdum Lambertin. vbi ſupra. artic. 18. Et quia Lambertin. vbi ſupra latiſſime pertractat in artic. 19. 20. 21. 22. & 23.
12 An & quando † monachus, vel alius regularis poſſit prçſentari à patronis ad Eccleſiam ſecularem curatam, non eſt in hoc inſiſtendum, cum ex Concil. Tridentin. dictum ſit ſupra in hoc libro capite ſecundo, beneficia regularia regularibus eſſe conferenda, ſecularia ſecularibus, præſertim cum regulares ſunt idonei pro beneficijs regularibus, & ſeculares pro ſecularibus idonei reperiuntur. Et quando poſ-
13 ſit † clericus ſecularis præſentari ad Altaria exiſtentia in eccleſijs Regularium, videas Lambertin. vbi ſupra. art. 23. vbi ait ſeruandum eſſe modum in limine fundationis appoſitum, prçcipue cum multæ ſint eccleſię ſeculares poſtea conceſſæ regularibus ad augendum cultum diuinum in oppidis, & ciuitatib. & Piſis etiam adſunt eccleſiæ ſeculares, in quibus commorantur Regulares.

CAPVT

CAPVT SEXTVM.

An debeat præſentari clericus Diœceſanus, non autem alienigena.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Diœceſanus, non aduena præſentari debet.*

2 *Acceptio perſonarum non eſt apud Deum.*

3 *Præſentari debent habentes qualitates expreſſas in fundatione.*

4 *Diœceſanis idoneis prius prouidendum eſt.*

5 *Incogniti præſentari non poſſunt.*

6 *Beneficia diœceſis ſi ex Papæ priuilegio ſint concedenda diœceſanis, etiam patronata comprehenduntur.*

1 Clericus autem † Diœceſanus non alienigena præſentari debet. cap. hortamur. diſtinct. 71. & hoc de æquitate, non de rigore, cum de rigore quilibet poſſit præſentari, dummodo ſit idoneus, & qualitates habeat requiſitas. & ratio eſt, quia
2 apud † Deum non eſt acceptio perſonarum. cap. nouit. de iudic. cuiuſcumque nationis ſit, ſiue ciuis, ſiue exterus. ad text. in cap. venerabilis. vbi gloſſ. Abb. & alij de præben. Rocch. de Curte de iurepatron. verbo honorificum quæſt. 4. Abb. in cap. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à Prælat. & ita hodie ſeruatur. Quod ſi in fundatione ſit ex-
3 preſſum, vt † tales tantum præſententur, & habentes quaſdam qualitates, illud eſt ſeruandum. bene tamen eſſet
4 prius † illos de gremio eccleſiæ, & de Diœceſi adiuuare, illiſq; beneficia conferre; quod ſi non adſint, & non reperiantur capaces, tunc exteris notis, & bonis conferan-
5 tur. Nam † incogniti præſentari non poſſunt; ſed habenda eſt notitia morum, & alia-

6 rum qualitatum. Et ſi Papæ † priuilegio ſit decretum, quod beneficia omnia vnius Diœceſis ad collationem, prouiſionem, & præſentationem quorumcumque pertinentia conferantur, & concedantur Diœceſanis dumtaxat, etiam patronata compræhendũtur, niſi ſit contraria Lex fundationis. de quibus vide Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. parte prima, quæſtione ſeptima artic. 24.

CAPVT SEPTIMVM.

Quæ ætas requiratur in præſentandis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus poteſt ad beneficium præſentari, ſi habeat ætatem legitimam.*
2 *Concil. Trident. Seſſ. 23. de reformat. cap. 6. diſponit ſuper ætate.*
3 *Clericus ante vigeſimumquintum annum nõ poteſt præſentari ad curata beneficia.*
4 *Annus ceptus habetur pro completo in fauorabilibus.*
5 *Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 1.*
6 *Sacerdos ad beneficium Sacerdotale præſentari debet.*
7 *Beneficium ſacerdotale eſt, quando Rector tenetur Miſſam celebrare.*
8 *Beneficium ſacerdotale non eſt, ſi in fundatione dicatur, quod Miſſæ celebrentur.*
9 *Cappellaniæ ſeptuaginta ferè adſunt in eccleſia Piſana.*
10 *Beneficium ſacerdotale eſt, quando Rector per ſe ipſum tenetur Miſſam celebrare.*
11 *Capella S. Hieronymi in Campo ſancto Piſarum eſt ſacerdotalis.*
12 *Beneficium ſacerdotale ex cauſa longiſſimi temporis fit non ſacerdotale.*
13 *Præſentatus ad beneficium ſacerdotale debet eſſe Sacerdos, actuq; celebrare.*
14 *Et non ſufficit præſentatum eſſe in vigeſimoquinto anno.*
15 *Clericus debet eſſe actu*

cleri-

clericus, vt valeat præſentatio.

16 *Clericus non ſacerdos poteſt præſentari ad beneficium ſacerdotale cum Epiſcopi conſenſu.*

17 *Epiſcopus poteſt ex cauſa cum conſenſu patroni mutare legem fundationis beneficij.*

1 CLericus † à patrono præſentari poteſt, ſi habeat ætatem requiſitam ad illud beneficium obtinendum. cap. cum in cunctis. de elect. toto titulo de ætate, & qualitate. Abb. in cap. ſuper inordinata. de præben. Nec hodie opus eſt diſputare, quæ ætas requiratur in præſentando;
2 cum ex Concil. Triden. † Seſſ. 23. de reformat. cap. 6. nullus clericus ante decimum quartum annum beneficium poſſit obtinere, quod etiam habetur in cap. indecorum'. de
3 ætat. & qualit. Et in † beneficijs curatis ante vigeſimum quintum annum clericus præſentari non poteſt, & ad Canonicatus, ſeu dignitates non habentes curam animarum, ante vigeſimum ſecundum annum, nullus clericus præſentari poteſt, ſeu eligi. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de refor-
5 mat. cap. 12. quo † caſu annus ceptus habetur pro completo, cum ſimus in fauorabilibus, Surdus deciſ. 178. n. 5. & cum non dicatur, quod annus debeat eſſe completus; ſed dicitur ante decimũ quartum annum, &c. gloſ. in cap. in verbo compleuerint de ætat. & qualit. lib. 6. ſed in Epiſcopo requiritur annus trigeſimus completus. cap. cum in cunctis. de elect. & habetur in Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. primo.
5 Et hæc † omnia procedunt, niſi quo ad ætatem, quis ſit à Summo Pontifice diſpenſatus, prout vidi aliquos diſpenſatos ad beneficia ſimplicia, cum eſſent ætatis nouem, ſeu decem annorum; quod ſolet fieri ex aliqua cauſa rationabili, puta ſi clericus præſentatus ſit, ex conſanguineis patronorum vel ex compatronis, vel ex alia cauſa. Si
6 vero beneficium † ſit ſacerdotale, ad illud ſolus ſacerdos præſentari debet, & regulariter talis requiritur ætas, qualis requiritur ad recipiendum ordinem ſacrum, qui neceſſario requiritur in præſentando.

tando. gloſ. 1. in cap. ſi eo
tempore. de reſcript. lib. 6.
vbi Dominicus: & ſacerdo-
7 tale dicitur † beneficium,
quando in fundatione dictũ
fuit, quod Rector teneatur
celebrare Miſſas tales, &c.
vt per Lambertinum de iure-
patronatus. lib. 2. par. prima.
quæſt. 7. articul. 27. Marius
Antonínus var. reſolutionum
lib. 1. reſolut. 3. & 4. Si ta-
8 men † ſit dictum in funda-
tione, quod in dicto Altari,
ſeu Eccleſia tot Miſſæ cele-
brentur, tunc non dicitur be-
neficium ſacerdotale: & in
Eccleſia Primatiali Piſana,
in qua adſunt ferè Cappella-
9 niæ † ſeptuaginta, & quæli-
bet Cappellania habet obli-
gationem de certis Miſſis ce-
lebrandis; tamen Cappellani
clerici non ſacerdotes præ-
ſentantur; Verum tamen eſt,
quod beneficium ſacerdota-
10 le † dicitur, quando in fun-
datione habetur, quod Rector
beneficiatus celebret Miſſas
per ſe ipſum. Cardin. Mant.
deciſ. 147. num. 1. Rot. Ro-
man. vt eſt Cappellania Di-
11 uo Hieronymo † dicata in
Campo ſancto Piſarum fun-
data, & dotata ab Illuſtriſſi-
mo, & Reuerendiſſimo Do-
mino Carolo Antonio Puteo
Archiepiſcopo Piſano, cuius
Cappellaniæ Rector per ſe
ipſum Miſſam quotidie cele-
brare debet, excepta feria
12 quinta. Notandum † tamen
eſt, quod ex curſu longiſſimi
temporis beneficium ſacer-
dotale fit non ſacerdotale,
vt ſcilicet non ſacerdos, ſed
clericus poſſit præſentari, &
in facto habui in quadam
cauſa beneficiali Lucẽſi quo-
rundam Nobilium de Arnol-
phinis; & in beneficio ſacer-
dotali, non ſolum præſentan-
13 dus † debet eſſe ſacerdos ha-
bitu, ſed actu. Barbat. conſ.
33. num. 23. lib. 2. Farinac.
deciſ. 496. parte 1. tomo 2.
Rot. Roman. & deciſ. 236.
num. 8. parte 2. tomo 1. &
deciſ. 216. d. part. 2. tom. 1.
14 Et ideo ſi præſentetur † cle-
ricus viginti quinque anno-
rum, qui nõ ſit ſacerdos, non
valet præſentatio; ita & cle-
15 ricus debet † eſſe actu cleri-
cus, & non dicetur idoneus
niſi actu ſit clericus. cap. ſe-
cundo. de inſtit. & ideo in
impetrationibus attenditur
tempus datæ, vt tunc ſit cle-
ricus. dicto cap. ſi eo tempo-
re, &

re: & ideo non ſufficeret, quod poſt tempus datæ promoueretur ad clericatum. Lambertin. vbi ſupra art. 29.

16 Poteſt † tamen patronus cum Epiſcopi conſenſu ad beneficium ſacerdotale pro vna vice præſentare ex aliqua cauſa clericum non ſacerdotem. Abb. in cap. cum acceſſiſſent. num. 5. de conſtitut. vbi &

17 Epiſcopus † poterit dictam legem in fundatione appoſitam mutare cum conſenſu patroni ſtante maxima vtilitate, & neceſsitare eccleſiæ, de quibus videas Lambert. vbi ſupra art. 30.

CAPVT OCTAVVM.

Clericus patronus non poteſt ſe ipſum præſentare.

SVMMARIVM.

1 *Clericus patronus non poteſt ſeipſum præſentare.*

2 *Differentia debet eſſe inter dantem, & recipientem.*

3 *Clericus patronus ſe præſentare non poteſt etiam ad beneficium ſimplex.*

4 *Prælatus poteſt motu proprio conferre eccleſiam patronatam patrono.*

5 *Caſus, in quibus Prælatus ordinat eccleſiã ſine patrono.*

6 *Præſentandus ſi eſſe debeat ex aliqua familia, non valet ſi ſecus fiat.*

7 *Clericus compatronus poteſt ab altero compatrono præſentari.*

8 *Clericus compatronus non poteſt ſe cum aliis compatronis præſentare.*

9 *Procurator patroni non poteſt præſentare patronum.*

10 *Donatarius iuriſpatronatus poteſt præſentare donatorem.*

11 *Pater poteſt præſentare filium, auus nepotem.*

12 *Epiſcopus licite poteſt conferre beneficium filio ſuo legitimo.*

13 *Pater ſi ſit compromiſſarius filij, non poteſt filium præſentare.*

14 *Secus ſi ſit compromiſſarius extranei.*

15 *Filius ſi ſit Canonicus, & ab omnibus Canonicis cum dicto filio ſit compromiſſum in patrem, poterit pater filium eligere.*

1 CLericus patronus † ec-
cleſiæ vacantis non
poteſt ſe ipſum ad dictam
Eccleſiam præſentare. cap.
per noſtras. & ibi gloſ. in
verbo præſentate. de iure-
patron. & ratio eſt, quia de-
2 bet † eſſe differentia inter dan
tem, & recipientem, & ſic
inter præſentantem, & præ-
ſentatum. cap. fin. de inſti-
tut. ita etiam debet eſſe
differentia inter eligentem,
& electum. cap. qualiter. de
elect. ita & inter inſtituen-
tem, & inſtitutum. dicto c.
3 vltimo. Et idem procedit † in
beneficio ſimplici, ad quod
etiam non poteſt ſe ipſum
præſentare patronus cleri-
cus. Abb. in dicto cap. per
noſtras. vbi Ioan. And. quia
militat eadem ratio: poteſt
tamen effundere preces, &
petere ſuper hoc diſpenſatio-
nem, vt per Abb. ibidem;
quamuis Lambertin. de iure-
patronat. lib. 2. par. 1. q. 8.
artic. 2. num. 3. videatur te-
nere contrarium. Si autem
4 Prælatus † ad quem pertinet
inſtitutio, motu proprio vo-
cet clericum patronum, ei-
que conferat quodcunque
beneficium vacans, in quo
dictus clericus habet iuſpa-
tronatus tenebit collatio; tali
enim caſu non habet origi-
nem à dicto patrono talis col
latio. ita Abb. in dicto cap.
per noſtras. nu. 3. dicit idem,
quia tunc talis patronus non
ſe ingerit iuxta prohibitio-
nem dicti cap. per noſtras;
ſed vocatur à Deo tanquam
5 Aaron; immo dantur † ca-
ſus, in quibus Prælatus or-
dinat Eccleſiam non præſen-
tante patrono. cap. 1. 2. & 3.
& cap. cum autem, & c. cum
propter de iurepatronatus. Si
6 autem † præſentãdus debeat
eſſe de aliqua familia, & pa-
tronus præſentet alium extra
dictam familiam, tunc pote-
rit clericus ex dicta familia,
cum ſibi id competat ex di-
ſpoſitione fundatoris ſe op-
ponere, & dicere nullam ele-
ctionem, ſeu præſentationem
factam, & petere ſe inſtitui.
Lambert. vbi ſupra artic. 4.
7 num. 7. Poterit † tamen cle-
ricus compatronus ad eccle-

ſiam

ſiam compatronatam præſentari ab alio compatrono. gloſ. in c. conſuluit in verbo concludunt in fine de iurepatronatus. dicto cap. per noſtras, & ibi Abb. Rocch. de Curte de iurepatronatus, verbo honorificum quæſt. 4. princ. n. 20. hanc eſſe communem teſtatur Abb. in cap. cum in iure col. 2. de elect. & in conſ. 25. vol. 2. Lambertinus vbi ſupra art. 5. & Abb. in dicto conſ. dicit nullo modo poſ-
8 ſe † clericum ſimul cum compatronis ſe ipſum præſentare; ſed præſentationem eſſe faciendam à ſolis compatronis, vt euitentur rationes, de quibus ſupra ex dicto cap. per noſtras; debet tamen electus tali caſu electioni de ſe factæ conſentire, & præſentatus præſentationi de ſe factæ infra tempus debitum datum ad eligendum, & præſentandum; dummodo fiant hæc poſt electionem, & præſentationem. Abb. dicto conſ. 25. & in dicto cap. cum in iure de elect. vbi Card. Ioan. And. & alij; quo caſu vox coelecti, & præſentati augebit numerum eligentium, & præſentantium; de electione tractant Innoc. Ioan. Andr. Bald. & Abb. in dicto c. cum in iure: quando tamen non ſit ſeruanda forma cap. quia propter, & cap. eccleſiæ de elect. de præſentatione illud eſt, quia præſentati compatroni conſenſus auget paritatem. Lambertinus vbi ſupra artic. 8. num. 3. Neque
9 Procurator † conſtitutus à patrono cum facultate præſentandi poterit præſentare patronum ipſum. Abb. in dicto cap. per noſtras. de iurepatronatus in addit. littera D. & ratio eſt, quia is dicitur facere, cuius nomine fit. leg. 1. ff. de vi, & vi arm. cap. cum quis. de ſent. excomm. lib. 6. & qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. cap. qui per alium de reg. iur. lib. 6. & eadem ratione procurator ſubſtitutus à tali procuratore non poteſt nec patronum, nec ſuum principalem procuratorem præſentare; vt per Lambertinum vbi ſupra ar. 9. & 10.

10 Donatarius † autem iuriſpatronatus poteſt præſentare donatorem, quando donatio facta eſt perpetuo cum Ordinarij conſenſu, ſecus ſi ſit

ſit facta pro vna vice; Nam
tunc non poteſt præſentare
donatorem; præſumitur enim
facta donatio fraudulenter,
vt donatarius præſentari poſ-
ſit. Abbas in dicto cap. vlt.
de inſtitut. ita Rocch. de
Curte, vbi ſupra in verbo ip-
ſe, vel is à quo quæſt. 20. nu.
37. Lambertinus vbi ſupra
11 art. 11. Pater † autem poteſt
præſentare filium, auus ne-
potem, ſeu alios conſangui-
neos. gloſ. in cap. quia cleri-
ci. verbo filij, & in cap. con-
ſuluit. in verbo, propria au-
ctoritate. de iurepatron. Et
hæc eſt vera, & communis
opinio. Card. in dicto cap.
quia clerici. quæſt. 1. dum-
modo habeat filius requiſi-
tas qualitates. Et ideo po-
12 teſt † Epiſcopus licite con-
ferre beneficium filio ſuo le-
gitimo, vel nepoti idoneo,
quia charitas in primis exer-
cenda eſt erga domeſticos.
c. non ſatis. diſtinct. 66. &
c. dilecto. de præbend. Abb.
in conſil. 96. volum. 2. Roc-
ch. de Curte vbi ſupra. in
verbo honorificum. quæſt. 4.
princip. Lambert. vbi ſupra.
artic. 12. & ita Piſis vidi ſæ-
piſſime ſeruari in praxi. Si
13 autem pater ſit † compro-
miſſarius filij patroni, non po
terit dictum filium præſenta-
re, per ſupradicta de procura
tore; ſi autem dictus filius ha-
beat alios compatronos, pa-
14 ter poterit. Si autem † fi-
lius non ſit patronus, & in
patrem ſit compromiſſum de
clerico eligendo, vel præſen-
tando, poterit filium elige-
re, ſeu præſentare. Et ſi fi-
15 lius ſit † canonicus, & ab
omnibus Canonicis vna cum
dicto filio ſit compromiſſum
in patrem, poterit pater eli-
gere ſuum filium, cum id
non reperiatur prohibitum.
vide Cardin. in dicto capit.
conſuluit. quæſt. 2. de iure-
patron. & Lambertin. vbi ſu-
pra. artic. 13.

CAPVT NONVM.

Enumerantur criminoſi, qui præſentari non poſſunt.

SVMMARIVM.

1 *Clericus criminoſus non poteſt ad beneficium præſentari.*
2 *Excommunicatus præſentari non poteſt.*
3 *Suſpenſus præſentari non poteſt.*
4 *Interdictus an poſſit præſentari.*
5 *Excommunicatio, & interdictum fertur in Clericos, & Laicos.*
6 *Interdictum fertur contra loca, non contra perſonas.*
7 *Clericus ſeruans interdictum præſentari poteſt.*
8 *Clericus, cui ſit interdictum officium, non poteſt præſentari.*
9 *Irregularis non poteſt præſentari.*
10 *Irregularitas prohibet quẽ ad ordines promoueri.*
11 *Irregularitas cõtracta ante Baptiſmum, tollitur per Baptiſmum.*
12 *Degradatus non poteſt præſentari.*
13 *Hæreticus non poteſt præſentari.*
14 *Fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum nequeunt præſentari.*
15 *Schiſmaticus non poteſt præſentari.*
16 *Apoſtata non poteſt præſentari. Apoſtaſia quæ dicatur.*
17 *Symoniacus non poteſt præſentari.*
18 *Ambitioſus non poteſt præſentari.*
19 *Symonia, & lex Iulia de ambitu æquiparantur.*
20 *Præſentari requiſitus ſi ante præſentationem conſentiat præſentationi, præſentari nequit.*
21 *Periurus, non poteſt præſentari.*
22 *Periurus, qui venit contra iuramentum appoſitum in*

in contractu, non poteſt præſentari, niſi quædam adimpleat.

23 *Infamis non poteſt præſentari.*

24 *Infamia triplex, iuris, facti, & canonica.*

25 *Infamis infamia Canonica per abſolutionem reſtituitur.*

26 *Sodomita non poteſt præſentari.*

27 *Adulter non poteſt præſentari.*

28 *Concubinarius non poteſt præſentari.*

29 *Vſurarius non poteſt præſentari.*

30 *Vſurarius manifeſtus triplici pœna punitur.*

31 *Falſificans litteras Apoſtolicus non poteſt præſentari.*

32 *Criminoſus regulariter, & generaliter non poteſt præſentari.*

33 *Illitteratus non poteſt præſentari.*

34 *Concil. Trident. Seſſ. 23. de reform. cap. 4.*

35 *Concil. Trident. ibidem. cap. 11.*

36 *Concil. Trident. Seſſ. 24. de reform. cap. 18.*

37 *Concil. Trident. Seſſ. 25. de reformat. cap. 9.*

38 *Piſis præſentatus coram Inferiore ſemper examinatur ab Archiepiſcopo.*

39 *Prælatus, qui bis clericum admiſit ad beneficia, poteſt tertio venientem examinare.*

40 *Hiſtrio, ſeu ſcurra non poteſt præſentari.*

41 *Clericus exiſtens in peccato mortali non poteſt præſentari.*

42 *Clericus reiectus vt criminoſus à præſentatione, non debet admitti.*

43 *Patronus Eccleſiaſticus præſentans indignum qua pœna puniatur.*

1 Clericus criminoſus † generaliter præſentari nõ poteſt.

Primo, non poteſt præſen-
2 tari † excommunicatus; ſicuti enim talis non poteſt eligi. cap. illa, & cap. per inquiſitionem. vbi gloſſ. de elect. Archidiac. in cap. nullus diſt. 63. quod etiam procedit in excommunicato excommunicatione minori. Abb. in dicto cap. illa: ita nec poteſt præſentari, per vulgatam Regulam, qua habetur, quod iura loquentia in electione, locum habent in præſentatione. cap. vlt. iuncta gloſſ. in verbo electione, de elec. lib. 6

Rocch.

Rocch. de Curte vbi ſupra in verbo honorificum quæſt. 4. princip. vbi ſe remittit de excommunicato excommunicatione minori ad cap. ſi celebrat. vbi Doct. ita concludũt. de cleric. excomm. miniſt. & ibi Abbas docet quæ ſit excommunicatio maior, & quæ minor.

3 Secundo, ſuſpenſus † ſicuti eligi non poteſt. gloſſ. & Doct. in dicto cap. illa, vbi Abb. de elect. ſiue ſit ſuſpenſus à beneficio, vt in cap. per inquiſitionem, & ibi gloſſ. de elect. ſiue ab officio, vt in cap. cum dilectus. de conſuetud. & ibi late Abb. num. 17. & de iſtis Cenſuris videndus eſt Doctiſſ. Nauarr. in ſuo Manuali. cap. 27.

4 Tertio, Interdictus † an poſſit præsẽtari: videtur, quod non, cum ſuſpenſio, interdictum, & excommunicatio ſub nomine cenſuræ eccleſiaſticæ compræhendantur. cap. quærenti. de verb. ſignific. tamen differunt in multis. Satis ſit, quod excommunicatio, & in-
5 terdictum † fertur in clericos, & laicos, ſuſpenſio tantum
6 in clericos; ſed interdictum † non fertur in perſonas; ſed in loca, Collegia, & contra Vniuerſitates; de quibus vide Nauarr. vbi ſupra. Quod
7 ſi clericus † ſeruet interdictũ generale, ſeu ſpeciale, poteſt præſentari, cum faciat maius, quod eſt celebrare Diuina. ad cap. alma mater. de ſentent. excomm. lib. 6. quod ſi ſit clericus non ſeruans interdictum, ſecus eſt. Si au-
8 tem † ſit clericus, cui ſpecialiter ſit interdictum officium, vel talis ordo, non poterit præſentari, ſi obſtet interdictum ordinis requiſiti, vel alterius rei in præſentando: de quibus vide Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæſt. 11. artic. 3.

9 Quarto, Irregularis † non poteſt prçſentari; ſicuti ſupradicti, immo talis habitis beneficijs debet priuari. cap. clerici de cleric. excomm. miniſt.
10 Item † irregularitas prohibet quem ab ordinibus eccleſiaſticis, & nullus poteſt præſentari, niſi ſit clericus. cap. 2.
11 de inſtitut. Quod † ſi irregularitas ſit contracta ante baptiſmum, & per baptiſmum deleta, talis poterit præſentari, per ea, quæ dicit Abb. in cap. presbyterum num. 2. de ho-

homicidio: & de homicida irregulari vide Lambert. vbi ſupra art. 14.

12 Quinto, degradatus † non poteſt præſentari, cum degradatio ſit vltimum ſupplicium in foro Canonico. Doct. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. & in cap. cum non ab homine. de iudic. degradatio autem eſt duplex, vna verbalis, altera actualis. capit. degradatio. de pœnis lib. 6. Abb. & Doct. in cap. non poteſt, de re iudic.

13 Sexto, Hæreticus † non poteſt præſentari, quia eſt excommunicatus. cap. excommunicamus, & cap. ad abolendam de hæret. & cap. 1. 24. quæſt. 1. & eſt extra eccleſiam. cap. 1. & cap. vergentis de hæret. tales enim hæretici, debent repelli ab Vrbe, Ciuitate, vel Regno. dicto cap. ad abolendam, nec poſſunt habere honores, ſunt infames, vt in dictis Iuribus.

14 Septimo, fautores, † defenſores, & receptatores hæreticorum ſunt excommunicati. dicto cap. excommunicamus §. credentes, & dicto cap. ad abolendam; ideo neque ipſi poſſunt præſentari.

15 Octauo, Schiſmaticus † ſicuti eligi non poteſt. cap. quia diligentia. de elect. ita nec poteſt præſentari, tales enim ſunt excommunicati, & hæretici. Abb. & Doct. in rubr. de ſchiſmat. quod ſi conuerſus ſit ad vnitatem eccleſiæ, non poteſt neque eligi, neque præſentari, niſi ſequuta diſpenſatione. dicto cap. quia diligentia. vbi Abb. & de hoc vide Lambertin. vbi ſupra art. 8.

Nono, Apoſtata, qui di-
16 citur † ab Apoſtaſia, quæ eſt temerarius à ſtatu fidei, vel Religionis receſſus, quaſi poſt actio, ideſt retrogradatio, ſi ſit à fide, tanquam Hæreticus non poteſt præſentari. dicto cap. ad abolendam: ſi ſit apoſtata à Religione, cum ſit excommunicatus ipſo facto. c. 2. ne cleric. vel monac. & ibi gloſſ. lib. 6. non poterit præſentari; ſi ſit Apoſtata ab obedientia Religionis, itaut extra eam vagetur idem eſt; ſed ſi ſit Apoſtata ab obedientia ſimplici, cum per hoc non incurrat excommunicationẽ; ſed tantum poſſit excommunicari. cap. ſi quis. 3. quæſt. 4. tunc habito reſpectu talis inobe-

obedientiæ, & pœnitentiæ ſequutæ, vel non ſequutæ, res erit decidenda. Quod ſi conuertantur, & redeant, poſſunt præſentari, prout ſupra dictum eſt de Schiſmaticis. Lambertin. vbi ſupra art. 9.

17 Decimo, ſimoniacus † tanquam hæreticus non poteſt præſentari, quia ſimonia dicitur hæreſis. cap. quoties. de ſimon. & cap. ſicut ſimoniaca. eodem. de ſim. vbi etiam ſimonia dicitur peſtis, & ſimoniacus dicitur infamis. Abb. in cap. ex diligenti. de ſimon. num. 6. & de ſimoniaco occulto, & publico. Abb. in cap. accuſatum. & in cap. tanta. de ſimon. & quomodo committatur ſimonia, & præſertim inter præſentantem, & præſentatum, vide Lambertin. vbi ſupra. artic. 11. & Nauarr. dicto cap. 27.

18 Vndecimo, ambitioſus † non poteſt præſentari, quia talis cupit præeſſe, & non prodeſſe: probatur in cap. per noſtras. de iurepatronat. vbi prohibetur, ne quis ſe ipſum præſentet, vt euitetur ambitio, ex quo ambitioſus non poteſt præſentari, per c. in ſcripturis. 8. quæſt. 1. Item

19 eſt alia † ratio, quia ſimonia, & lex Iulia, de ambitu æquiparantur. Doct. in rubr. de ſimon. Lambertin. vbi ſupra. artic. 12. ſed proh dolor, quot ambitione ducuntur ad beneficia, non charitate!

20 Duodecimo, requiſitus, † vt præſentetur, ſi ante præſentationē præſentationi conſentit non poteſt præſentari, quia ſi eligendus conſentiat electioni de ſe faciendæ, non tenet electio. cap. cum poſt. vbi gloſ. penult. & vlt. de elect. & vt euitetur ambitio, nam dictus conſenſus indicat ambitionem. cap. per laicos. 16. quæſt. 7.

21 Decimotertio, Periurus † etiam ſicuti eligi non poteſt, niſi pęniteat, ita nec præſentari: quod procedit in eo, qui venit contra iuramentum aſſertorium; ex tali enim periurio poteſt quis beneficio priuari. Doct. in cap. querelam. de iureiuran. Si au-

22 tem ſimus † in eo, qui venit contra iuramentum appoſitum in contractu, quod periurium infamat, & tunc non ſatis eſt, vt eum pęniteat; ſed

ſed debet ei fama reſtitui. Et eſt aduertendum, quod tali caſu debet conſtare de confeſſione, & de expletione, ſeu ſatisfactione pœnitentiæ, de quo late Felin. in cap. teſtimonium. de teſtib. column. 11. Lambertin. vbi ſupra. artic. 15.

23 Decimoquarto. Infamis † infamia iuris, & facti non poteſt promoueri ad dignitates. cap. infamibus. de regul. iur. lib. 6. vbi Dyn. & Ioan. Andr. & accipitur hoc caſu dignitas pro quolibet beneficio. Abb. & Doct. in dicto cap. querelam. de iureiuran. & ſub hoc vocabulo promoueri includitur collatio, electio, & præſentatio, vt per Abb. in cap. ſuper eo. de

24 elect. num. 4. De † triplici autem infamia *iuris* à iure proueniente. cap. 2. §. porro. 3. quæſt. 7. *facti* proueniente ab eo, quo apud aliquos quis infamis habetur. dicto §. porro. & *canonica*, quæ cauſatur à peccato mortali. cap. infames. 6. quæſt. 1. vide Abb. in dicto cap. teſtimonium. vbi late de teſtibus gloſ. Dyn. & Ioan. And. vbi

25 ſupra. Infamatus † autem infamia canonica, per ſolam abſolutionem reſtituitur. Lambertin. vbi ſupra. artic. 17. Tales ergo infames infamia iuris, & facti non poſſunt præſentari, niſi fuerint reſtituti ab habente poteſtatem, vel alias ab infamia liberati. vide Lambertin. vbi ſupra. artic. 16.

Decimoquinto, Sodomi-

26 ta † etiam non poteſt præſentari, cum tale crimen ſit enorme, & infame. Abb. num. 7. in cap. niſi cum pridem; vbi Doct. de renunciat. immo talis videtur irregularis. & talis dicitur filius diffidentiæ, ideſt de cuius ſalute eſt diffidendum. cap. vt clericorum. de vita, & honeſtate cleric. & clericus ſodomita debet detrudi in Monaſterium, & deponi, & laicus excommunicatur, vt in cap. clerici. de exceſſib. Prælat. de hoc vide Lambertin. vbi ſupra. art. 18.

27 Decimoſexto, Adulter † etiam non poteſt præſentari. Ratio eſt, quia Doct. in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. vbi Abb. column. vlt. de iudic. præſupponunt adulterum eſſe priuandum beneficijs,

ficijs: at facilius quis prohibetur ab acquirendo beneficio, quam priuetur. Abb. in dicto cap. ſuper eo. colum. 2. de elect. dummodo adulterium ſit manifeſtum, vel per propriam confeſſionem adulteri etiam extra iudicium, vel per famam, vel per ſententiam. Lambertin. vbi ſupra artic. 19.

Decimoſeptimo, Concu-
28 binarius † non poteſt præſentari, quia nec etiam poteſt eligi. c. vlt. diſtinct. 33. & cap. maritum. eadem diſtin. ſi tamen talis ſit concubinarius notorius per ſententiam, vel per confeſſionem ſponte factam, cum eo caſu ſit infamis, vel ex notorietate facti, quia habeat concubinam publice ſecum cohabitantem, & de hoc vide Abb. in cap. veſtra. de cohabit. cleric. & mulier. & de talibus concubinarijs tractat Lamb. vbi ſupra. art. 20.

Decimooctauo, Vſurarius,
29 cum † non poſſit eligi. can. de Petro. diſtinct. 47. immo ſi electus ſit deponi debeat. ca. Epiſcopus. dicta diſtinct. 47. Ideo præſentari non poteſt, talis enim infamis eſt. cap. 2. §. porro. 3. quæſt. 7. l. improbum fœnus. & ibi gloſ. C. de his, qui not. infam.
30 Immo † vſurarius triplici pœna punitur, ſi ſit manifeſtus, nam reppellitur à communione. Abb. in cap. quia in omnibus. de vſur. Decedens in tali peccato caret eccleſiaſtica ſepultura. Clement. eos. vbi gloſ. de ſepult. & repellitur ab oblatione facienda eccleſiæ. Abb. in dicto cap. quia in omnibus, vbi docet, qui ſint manifeſti Vſurarij, & gloſ. in cap. 1. & 2. de vſur. lib. 6. & de manifeſtis vſurarijs omnia ſupradicta ſunt intelligenda; de quibus Lamb. vbi ſupra. art. 21.

Decimonono, Non poteſt
31 præſentari † falſificans litteras Apoſtolicas, cum talis ſit ipſo iure excommunicatus. cap. ad falſariorum. vbi Abb. & Doct. de crim. falſi.

32 Vigeſimo, Criminoſus † regulariter, & generaliter nō poteſt præſentari, ſi inquinatus ſit aliquo crimine inducente irregularitatem, degradationem, priuationem beneficiorum, depoſitionem, excommunicationem, vel interdictum latæ ſententiæ, vel

infamiam iuris, vel facti. vi-
de Rocch. de Curte. de iure-
patronat. in verbo, honorifi-
cum. quæſt. 4. princip. num.
16. & Lambertin. vbi ſupra.
artic. 23.

Vigeſimoprimo, Illittera-
33 tus † non poteſt præſentari,
quia nec etiam poteſt ad or-
dines promoueri. c. illittera-
tos. diſtinct. 36. Item illitte-
ratus eligi non poteſt. cap.
cum in cunctis. cap. nobis.
& cap. congregato. de elect.
Immo talis illitteratus eſt ir-
regularis, ſuper quo caſu Pa
pa raro, aut nunquam di-
ſpenſat. Nauarr. in ſuo ma-
nuali. cap. 27. num. 205.
Vincent. Mazzol. vbi ſupra
in dicta breui regula ad con-
feſſarij, & confitentis. &c.
parte 2. folio 239. verſic. il-
litteratura eſt. Hiſce de cau-
34 ſis decretum fuit † in Con-
cilio Tridentino ſeſſione vi-
geſimatertia de reformatio.
cap. 4. vt ad primam tonſu-
ram (quæ ſaltem in præſen-
tando, & volente benefi-
cium requiritur) non pro-
moueatur, qui neſciat fidei
rudimenta legere, & ſcribe-
re; Ad minores autem or-
dines promouendus ſaltem
linguam latinam debet in-
telligere. Concil. Tridentin.
35 vbi † ſupra cap. 11. & Cleri-
cus præſentatus antequam
inſtituatur debet ab Epiſco-
po, ſeu eius Vicario exami-
nari, vt habetur in dicto
36 Concilio Tridentino † ſeſſ.
24. de reformation. cap. 18.
etiam ſi inſtitutio pertineat
ad inferiorem, non autem
ad Epiſcopum. Concil. Tri-
37 dentin. ſeſſione 25. de refor-
mat. cap. 9. adeout ſi præ-
ſentatus ſit illitteratus, &
ſe ſubijciat examini, reijcien-
dus ſit. Et ita Piſis ſerua-
38 tur; ſemper † enim præſen-
tatus examinatur, & quan-
do præſentatio fit coram
Capitulo Piſano ſemper præ-
ſentatus examinatur ab Il-
luſtriſſimo, & Reuerendiſsi-
mo Domino Archiepiſcopo
Piſano, ſeu eius Vicario,
qui fidem facit Capitulo de
præſentati idoneitate, vel in-
habilitate: de quibus vide
Lambertin. vbi ſupra. artic.
24. Et ideo ſi Prælatus ad-
39 miſit quem † ſemel, vel bis
ad beneficium, poteſt etiam
tertio venientem ex cauſa
examinare, & tanquam il-
litteratum repellere. vide

Doct. in capitulo diuerſis fallacijs de cleric. coniugatis, & Lambertin. vbi ſupra. artic. 25.

Vigeſimoſecundo, Clericus † hiſtrio, ſcurra, ſeu mimus non poteſt præſentari, quia nec poteſt eligi. c. maritum. diſtinct. 33. immo talis non poteſt euchariſtiam ſumere. cap. pro dilectione. de conſecrat. diſtinct. 2. cum ſit notoriè infamis, ſicuti nec exiſtens in † peccato mortali ſecundum gloſ. in dicto cap. pro dilectione; immo talis clericus non gaudet priuilegijs clericalibus. cap. vnico. de vita, & honeſt. cleric. lib. 6. ſecus eſt ſi in occulto, vel honeſtæ rei cauſa aliquid ioco faceret. ad dicta in cap. donare. vbi gloſ. diſtinct. 86. vide Lambertin. vbi ſupra. artic. 26. Et † ſemel repulſus ab electione, ſeu præſentatione tanquam criminoſus, non debet amplius admitti ad idem, vel aliud beneficium durante impedimento. Abb. & Doct. in cap. ſuper eo. de elect. Lambert. art. 27. vbi ſupra.

40 (margin)

41 (margin)

42 (margin)

43 Præſentans † autem indignum ſi ſit patronus eccleſiaſticus, incidit in pœnam c. per inquiſitionem. de election. ſecus ſi ſit patronus laicus. vt late per Lambertin. artic. 28. vbi ſupra.

CAPVT DECIMVM.

Qui ſint illi, qui tanquam idonei, & digni poſſunt præſentari, & quid de præſentante minus idoneum, vel indignum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici idonei præſentari poſſunt.*

2 *Clerici legitimi, ſeu naturales diſpenſati rectè præſentantur.*

3 *Maſculi, liberi, non curiales, nec coniugati, non bigami, nec neophiti, haben-*

tes legitimam ætatem rectè præſentantur, & de alijs qualitatibus præſentandorum.

4 *Litterati, qui non ſunt irregulares, nec criminoſi, rectè præſentantur.*

5 *Clericus præſentatus ad beneficia, cum habeat ius ad rem, tenetur deferre habitum clericalem, ſecus quando plures ſunt præſentati.*

6 *Habitus clericalis quis ſit, &*

7 *Eſt veſtis talaris, & tonſura.*

8 *Clericus non intruſus rectè præſentatur.*

9 *Concil. Tridentin. ſeſſione vigeſimaquarta de reformat. cap.* 18.

10 *Clerici non excommunicati rectè præſentantur.*

11 *Idoneitas in præſentando requiritur dum præſentatur.*

12 *Idoneitas in præſentando præſumitur, ſed intrinſeca.*

13 *Idoneitas extrinſeca, vt ſcientia non præſumitur.*

14 *Eligentes tenentur eligere magis idoneum.*

15 *Electio facta à maiore parte de idoneo tenet, ſi non ſit appellatum.*

16 *Patronus tenetur præſentare magis idoneum, licet aliqui contrarium teneant.*

17 *Patroni Eccleſiaſtici præſentantes non idoneum, vt indignum, ea vice perdunt ius præſentandi.*

18 *Patroni laici ſi præſentent non idoneum, poſſunt intra quadrimeſtre alium idoneum præſentare.*

19 *Deuolutio ſit ad Superiorem elapſo quadrimeſtre, & idoneo non præſentato.*

20 *Patroni laici ſi ignoranter præſentent indignum, durante quadrimeſtre poſſunt alium dignum præſentare.*

21 *Secus ſi ſcienter, nam tunc illa vice perdunt ius præſentandi.*

22 *Patronus præſumitur habere notitiam præſentati.*

23 *Epiſcopus quando poſſit cũ non idoneo, vel indigno diſpenſare.*

24 *Eligendus eſt magis idoneus, & ſanctus.*

25 *Indigni, & non idonei ſemper debent repelli.*

26 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra fundationem circa inhabilitatem præſentandi.*

1 Idonei poſſunt † præſentari, & hi ſunt digni, & bonæ fa-

famæ habentes infraſcriptas qualitates.

2 Prima eſt, † quod ſint de legitimo matrimonio, vel ſi
3 ſint naturales ſint † diſpenſati ad beneficia. Secũdo, quod ſint maſculi. Tertio, quod ſint liberi non ſerui. Quarto, quod non ſint obligati ad ratiocinia, neq; negociatores. Quinto, quod non ſint curiales, qui nequeunt eſſe clerici. diſtinct. 51. & 59. per tot. Sexto, quod non habeant vxorem, qui nequeunt eſſe clerici. cap. coniugatus de conuerſ. coniugat. Septimo, quod non ſint bigami. Octauo, quod non ſint neophiti. Nono, quod non ſint tales, qui ſacramentum imprimens caracterem bis recepiſſent. Decimo, qui pœnitentiam ſolemnem non egerint; de qua in cap. in capite. diſtin. 50. Vndecimo, qui honeſte Domum ſuam nouerit regere. Duodecimo, qui non ſunt corpore vitiati. Decimotertio, habentes ætatem legitimam. Decimoquarto, qui nõ
4 ſunt † irregulares. Decimoquinto, quod non ſint criminoſi. Decimoſexto, qui non ſunt Apoſtatæ. Decimoſeptimo, qui non ſunt peregrini, ſeu vagabundi. Decimooctauo, qui ſunt litterati. Decimonono, qui ſunt clerici ſaltem primæ tonſuræ. Vigeſimo, qui ſunt vere clerici non coniugati, nec laici. Vigeſimoprimo, quod ſi ſumus in eccleſia regulari, ſint regulares, in ſeculari ſeculares. Vigeſimoſecundo, clerici incedentes in habitu, & tonſura. cap. clerici, & cap. penult. de vit. & honeſt. cleric. Et quod clerici præſentati ad benefi-
5 cium, † & ſic habentes ius ad rem teneantur deferre habitum, & tonſuram, vide D. Quarantam in ſummario Bullarij in verbo habitus. vbi recenſet Bullam Sixti Quinti, fel. record. Quando autem plures ſunt præſentati, per dictam præſentationem nullus acquirit ius ad rem. Mohedan. de præben. deciſ. 1. nu. 2. refert Marius Antonin. variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 104. num. 16. & ideo quando plures ſunt præſentati, putarem, quod non teneantur incedere in habitu, & tonſu-
6 ra. Habitus † autem clericalis clericorum ſecularium, quis ſit, non eſt iure ſtatutus.

gloſſ. in Clemen. 1. in verbo
ſeculari in fine de elect. ſed il-
le cenſetur habitus clericalis,
qui vſu, & conſuetudine il-
lius Regionis, ſeu Prouinciæ
admittitur, vt talis. late Co-
uarr. pract. quæſt. cap. 32. Iu-
lius Clarus in ſua praxi cri-
min. quæſt. 36. num. 11. verſ.
dixi clericum coniugatum.
Vſus autem inoleuit, vt cle-
7 ricalis habitus ſit† talaris ve-
ſtis, & tonſura, & ita dicitur
in dicta Bulla Sixti Quinti, &
per Quarantam vbi ſupra, &
fere vbique clericalis habitus
eſt nigri coloris, niſi aliud
ſuadeat dignitas, vel officij
eminentia. Vigeſimotertio,
8 qui ſe † non intruſerint in be-
neficio, ad quod volunt præ-
ſẽtari. Vigeſimoquarto, quod
vnus tantum præſentetur, ſe-
cus ad beneficium curatum,
ad quod patronus plures po-
teſt Epiſcopo nominare, ſeu
præſentare, ex quibus ido-
neum magis Epiſcopus eli-
9 get. Conc. Trident.† Seſſ. 24.
de reformat. cap. 18. Vigeſi
moquinto, qui non ſunt væ-
natores, vt toto tit. de cleric.
venat. Vigeſimoſexto, qui
ſint prudentes, & modeſti.
cap. ſit Rector diſtin. 43. non
deferant arma. cap. clerici ar-
ma, de vita, & honeſt. cleric.
abſtineant à crapula. c. à cra-
pula de vita, & honeſt. cler.
10 Vigeſimoſeptimo, qui † non
ſint excommunicati, ſuſpen-
ſi, interdicti, irregulares, ne-
que alio crimine irretiti, &
quod tempore præſentatio-
nis ſint abſque peccato mor-
tali, & ſic confeſſi bonæ fa-
mæ, & alias non repulſi à præ-
ſentatione vitio ſuo. Et ido-
11 neitas † in præſentando de-
bet eſſe, dum præſentatur,
nec prodeſt ſi ſuperueniat. ar
gumento eorum, quæ dicun-
tur à Doct. in cap. ſi eo tem-
pore de reſcript. lib. 6. & de
his vide Lambertin. de iure-
patron. lib. 2. par. 1. quæſt. 10.
12 art. 1. Idoneitas † autem in
præſentando præſumitur; ſed
intrinſeca tantum. Nam ſi
contrarium nõ appareat, qui-
libet bonus præſumitur. l. me-
13 rito. ff. pro ſocio. Extrinſeca †
autem idoneitas, vt ſcientia,
litteratura & ſimilia non præ-
ſumuntur. gloſſ. in cap. ſi for-
te. de elect. lib. 6. in verbo.
euidentem, & ideo text. in
cap. dudum. de præſumpt.
intelligendus eſt de intrinſe-
ca idoneitate, & ideo quili-
bet

bet præſentatus debet examinari; prout ſupra dictum eſt. Vide Lambertin. vbi ſupra. art. 2. ad beneficium autem ſimplex idoneus eſt, qui omnino non eſt illitteratus. Card. Mant. deciſ. 115. num. 8. Rot. Rom. Habentes
14 autem † eligere debent eligere magis idoneum, nec ſufficit eligere idoneum. cap. licet ergo. 8. quæſt. 1. Quod
15 ſi ante electionem † non ſit appellatum, & dictum, vt melior eligatur, tunc ſi electio fiat de idoneo à maiori parte, tenebit electio; ita in cap. conſtitutus. de appellat. vbi Doct. & in cap. 3. de
16 iurepatron. concludunt † patronos etiam debere præſentare magis idoneum, alias vulnerare eorum conſcientiam, quamuis Lambertin. vbi ſupra. artic. 3. vbi hoc diſputat late, teneat patronos ſalua conſcientia poſſe præſentare idoneum omiſſo magis idoneo. vide Farinac. deciſ. 36. num. 3. parte 2. tomo primo.

17 Præſentantes † autem minus idoneum, vel indignum, ſi ſint patroni eccleſiaſtici, qui dicuntur eligere, priuantur ea vice iure præſentandi, ſicut eligentes. iuxta text. in cap. cum in cunctis. §. vlt. de elect. Si autem ſint patro-
18 ni † laici, vel clerici ratione patrimonij, ſi præſentent minus idoneũ, intra quadrimeſtre poſſunt alium idoneum præſentare. cap. cum vos. & ibi gloſ. in verbo minus idonee. de offic. ordin. dummodo non intelligatur de idoneitate requiſita in fundatione, vt quia præſentandus debeat eſſe ſacerdos, nam tunc deuolutio fit ad ſuperiorem, tunc enim videntur delinquere ea non ſeruando, & abutuntur iure fundatoris.
19 Sed ſi lapſum † ſit quadrimeſtre, & non ſit idoneus præſentatus, deuolutio fit ad ſuperiorem habentem inſtituere. Abb. & alij in dicto cap.
20 cum vos. Si autem † tales patroni præſentauerint indignum indignitate criminoſa, ſed ignoranter, poterunt intra quadrimeſtre alium dignum, & idoneum præſentare; ſed ſi lapſum ſit quadrimeſtre, deuolutio fit ad ſuperiorem, qui eo caſu prouidet beneficio de nouo Re-
21 ctore. Si autem † ſcienter

præſentauerint talem indignum, ipſo iure pro illa vice priuati ſunt iure, & facultate præſentandi. §. ſi quis Oratorij, auth. de ſãctiſſ. Epiſc. & ita dicit Hoſtien. in ſua ſumma in tit. de iurepatron. §. in quibus. in princ. col. 3. Abb. in dicto cap. cum vos. vbi Bald. ait præſumi patro-
22 num † habere notitiam præſentati, niſi contrarium pateat per diuerſas coniecturas: & ideo id videtur arbitrio Ordinarij relinquendum argum. text. in cap. de cauſis. in fine. de offic. deleg. de quibus late per Lambert. vbi ſupra. art. 4. Quando autem
23 Epiſcopus, & † in quibus caſibus poſſit cum minus idoneo, vel indigno, & circa defectus præſentatorum diſpenſare, vide Lambert. vbi ſupra. art. 5. ſatis ſit id, quod dicit tex. in dicto cap. licet
24 ergo, vbi is † eligendus eſt, qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, & qui ſanctior, & in omni virtute eminentior. Ideo indigni, &
25 non idonei † ſemper debent repelli durante indignitate, & defectu idoneitatis. Nullo
26 autem modo † poteſt Epiſcopus diſpenſare circa inhabilitatem præſentati, quando inhabilitas cauſatur à lege, modo, conditione, vel inſtitutione per fundatorem appoſitis: & de his vide Felin. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitut. & Lambertin. vbi ſupra. artic. 6.

CAPVT VNDECIMVM.

Præſentari debet clericus præſens, non abſens.

SVMMARIVM.

1 *Procurator pro conſtituente, nec pater pro filio præſentari poſſunt.*

2 *Præſens dicitur, qui exhibetur ſenſibus corporis.*

3 *Præſentatio perſonalis præ en-*

ſentandi requiritur in præſentatione.

4 *Præſentatio nulla eſt, ſi præſentatus non ſit præſens intra quadrimeſtre.*

5 *Præſentatio quid ſit.*

6 *Beneficium abſenti conferri poteſt.*

7 *Præſentatus debet eſſe præſens, idque pro forma requiritur.*

8 *Clericus abſens notus poteſt præſentari.*

9 *Epiſcopus admittens præſentationem de abſente, præſumitur habere illius notitiam.*

10 *Clericus abſens præſentatus debet acceptare præſentationem intra quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre.*

1 PRocurator pro † conſtituente, pater pro filio, conſanguineus pro conſanguineo, cum promiſſione de rato non poteſt præſentari, ſed præſentari debet actualiter præſens non abſens. gloſ. in clem. dudum. §. ſtatuimus. in verbo præſentari. de ſe-
2 pult. & is dicitur † præſens, qui exhibetur ſenſibus corporis, vt dicit dicta gloſ. & facit text. in cap. nobis. & in cap. vlt. de iurepatron. requi-
3 ritur † enim perſonalis præſentatio propter qualitates requiſitas in præſentandis: quamuis enim patronus per litteras poſſit præſentare, abſens autem præſentari non poteſt: & verum eſt, quod non ſufficit præſentatio, niſi
4 præſentatus † ſit præſens intra quadrimeſtre coram habente inſtituere. Abb. in conſ. 76. num. 2. par. 2. Et
5 ideo dicitur, quod † præſentatio eſt exhibitio facta de clerico præſente ſenſibus corporis illi coram quo fit præſentatio, licet contrarium ſit in collatione, quia abſen-
6 ti † beneficium poteſt conferri. cap. ſi tibi abſenti. de præben. lib. 6. & ſimiliter abſens poteſt eligi, & poſtulari. cap. ſacrorum. diſtinct. 63. & ratio eſt, quia ipſemet conferens omne ius tribuit, & præſumitur tribuere merenti:
7 & pro forma † requiritur actualis præſentati præſentia: & ideo non poteſt ex conſuetudine introduci, vt abſens poſſit præſentari, quia talis conſuetudo eſſet abſque ratione, & in grauamen, & præiudicium eccleſiæ. ad notata

tata per Abb. & Doct. in cap. 1. de conſuetud. de quibus vide Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæſt. 11. artic. 1. & 2. Si tamen
8 clericus ſit notus, adeo vt non indigeat examinatione ſecundum Bald. in cap. conſtitutus. il ſecondo. de appellat. colum. 2. & ibi Abb. quod enim patet expreſſe non eſt probare neceſſe; ideoque talis notus etiam abſens poteſt præſentari. vide Marcum Antonium Genuenſem Epiſcopum Iſernien. in Praxi Archiep. Neap. cap. 82. num. 2. Rocch. de Curte de iurepatron. verbo honorificum. quæſt. 6. Rot. Roman. de iurepatron. in nouis. deciſ. 3. dummodo talis notus ſit Diœceſanus illius, qui debet inſtituere, nam ſi ſit de alterius Diœceſi, non debet inſtitui ſine litteris commendatitijs ſui Epiſcopi. cap. fraternitatis. de cleric. non reſiden. & ibi Doct. de quo Lambertin. vbi ſupra. artic. tertio. Et quando † Epiſco-
9 pus, vel alius habens inſtituere acceptat præſentationem factam de abſente, præſumitur habere notitiam ipſius abſentis. Abb. in d. con-
10 ſil. 76. qui † abſens præſentatus debet acceptare, ſeu ratificare præſentationem de ſe factam infra quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre, ſecundum qualitatem præſentãtium per ſe, vel ſuum procuratorem habentem ſpeciale mandatum ad acceptandum tale beneficium, vel per eius epiſtolam, vt notatur in dicto cap. ſi tibi abſenti, & tradit Lambert. vbi ſupra. art. 5.

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBER SEPTIMVS, In quo continetur materia temporis, quo fieri debet præſentatio.

CAPVT PRIMVM.

Intra quod tempus fieri debet præſentatio.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio fieri debet infra quadrimeſtre, ſi patronus ſit laicus, vel clericus pro ſuo patrimonio.*

2 *Præſentatio à patrono eccleſiaſtico fit intra ſemeſtre.*

3 *Electio fieri debet intra ſemeſtre.*

4 *Electus infra menſem debet conſentire.*

5 *Iuſpatronatus ſi ſit mixtum, ſemeſtre datur ad præſentandum.*

6 *Idem eſt ſi eccleſia ſit patrona ex donatione laici.*

7 *Tempus datum ad præſentandum abbreuiari non poteſt.*

8 *Patroni in fundatione poſſunt ſtatuere tempus, intra quod facienda ſit præſentatio.*

1 PRæſentatio † à patronis laicis, vel clericis patronis ratione proprij patrimonij facienda eſt intra quadrimeſtre. cap. cum propter. de iurepatronat. à pa-
2 tronis autem † eccleſiaſticis facienda eſt intra ſemeſtre. cap. vnico. de iurepatronat. lib. 6. cap. ſicut. de ſupplend. neglig. Prę. ſicut enim Collator habet ſemeſtre. cap. nulla. de conceſſ. præben. ita patronus eccleſiaſticus, qui reputatur vt Collator. Electo-

3 ctores † autem habent ſolum
trimeſtre ad electionem fa-
ciendam à die vacationis. ca.
ne pro defectu. & ibi gloſ. &
c. cum in cunctis. de elect. &
4 deinde † electis infra men-
ſem debet conſentire. capit-
quam ſit. vbi gloſ. de elect.
lib. 6. & ſi fiat deuolutio ad
ſuperiorem, ſeruabitur tex. in
dicto cap. nulla, & in ele-
ctione ſeruabitur text. in di-
cto cap. ne pro defectu. Vide
Lambertin. de iurepatronat.
libro 2. par. 2. quæſt. 1. ar-
tic. 1. Si autem iuſpatrona-
5 tus † ſit commune, & laici,
& eccleſiaſtici, tunc omnes
dicti patroni habebunt ſeme-
ſtre ad præſentandum. gloſ.
in cap. vnico. de iurepatron.
lib. 6. quia magis dignum
trahit ad ſe minus dignum.
cap. quod in dubijs. vbi gloſ.
in verbo conſecratum. de
conſecr. eccl. vel altar. quod
procedit etiam ſi laicus ha-
beat maiorem partem, vt per
Lambertin. vbi ſupra. art. 3.
6 Quod ſi eccleſia fiat † patrona
ex donatione ſibi facta à pa-
trono laico, habebit ſemeſtre
ad præſentandum. d. c. vnico.
§. verum. de iurepatr. lib. 6.

7 Tempus † autem datum
tam laicis, quam eccleſiaſti-
cis patronis ad præſentādum
non crederem, quod ex con-
ſuetudine poſſit reſtringi, &
abbreuiari, vel ampliari, &
prorogari, cum ita ſit à lege
ſtatutum, quæ ſeruari ab om
nibus debet: quia tamen
conſuetudo eſt altera lex, &
multum operatur, in multis
caſibus fortaſſe contrarium
dici poſſet, de quo vide Lam-
ber. vbi ſupra. art. 6. ſtante
maxime longiſſima præſcri-
8 ptione. Poſſunt † tamen pa-
troni in limine fundationis,
cum conſenſu Epiſcopi appo
nere modum, quo ſuccceden-
tes patroni, ſi erunt eccleſia-
ſtici præſentent ante, vel poſt
ſemeſtre, vel ſi erunt laici,
præſententent ante, vel poſt
quadrimeſtre, & abbreuiare
poſſunt tales terminos datos
à iure: tali enim caſu poteſt
patronus cum Epiſcopi con-
ſenſu apponere modum, vel
conditionem non ſolum ex-
tra, vel præter, ſed etiam
contra ius commune. c. cum
dilectus. vbi gloſ. in verbo
conſtitutum. de conſuetud.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

Quando incipiat currere patronis tempus datum ad præſentandum.

SVMMARIVM.

1 *Tempus datum ad præſentandum incipit currere etiam ignoranti à die vacationis.*

2 *Tempus datum ad eligendum, & conferendum currit à die ſcientiæ, vel ceſſationis impedimenti.*

3 *Ratio diuerſitatis dictorum caſuum.*

4 *Patroni habent iuſpatronatus ex gratia.*

5 *Tempus datum ad præſentandum currit à die ſcita vacationis.*

6 *Et à die ceſſationis impedimenti in certis caſibus.*

7 *Tempus prædictum non currit patrono, ſi ſuperior eum præſentare vetet.*

1 TEmpus autem † prædictum patronis præſentare habentibus incipit currere à die vacationis. cap. 2. de ſuppl. negl. Præl. cap. 2. §. cum vero. de conceſſ. præben. cap. eam te. de iurepatronat. vbi Abb. Rot. Rom. de iurepatronat. in antiquis. deciſ. 1. quod currit etiam ignorantibus, & impeditis;
2 tempus autē † datum ad eligendum, vel conferendum, & id ſimile incipit currere à die ſcientiæ & ceſſationis impedimenti, non à die vacationis. ca. quia diuerſitatem. de conceſſ. præbend. & ratio
3 diuerſitatis † eſt, quia Epiſcopi habent ius conferendi beneficia iure ordinario, cum ſub eis ſubſint omnes baſilicæ eccleſiæ ſuæ Diœceſis. c. omnes baſilicæ. 16. q. 7. electores etiā habent ius eligendi à iure, vt in tit. de elect. ſed
4 patroni † ex gratia habent iuſpatronatus. dicto c. 3. de iurepatron. quæ gratia debet in quantum poteſt reſtringi,

vt minus lædatur ius commune: vide Lambertin. de iurepatronatus lib. 2. part. 2. q. 1. art. 8.

5 Sed aduertas † quod hodie tale tempus non currit, niſi à die ſcitæ vacationis, Card. Seraphin. deciſ. 380. num. 1. Rot. Rom. per ea quæ ibi dicit, ſtante maxime veriſimile ignorantia, Rota Rom. deciſ. par. 1. deciſ. 421. in nouiſſ. quando Rector decederet, puta Mediolani, ſeu in Gallia, & patronus, & beneficium eſſet Piſis, forſitan totum quadrimeſtre poſſet tranſire à die vacationis, antequam patronus certo ſciret defunctum eſſe Rectorem.

6 Similiter non † currit impedito iuſto impedimento, quia tempus non currit impedito. Card. Mantica deciſ. 30. nu. 2. Rot. Rom. Card. Seraph. deciſ. 220. num. 4. puta ſi patronus ſit abſens reipub. cauſa, vel iniuſte carceratus, vel ſi non haberet tutum acceſſum propter perhorreſcentiam alicuius inimici, cum eccleſia ſit pia, & cultrix iuſtitiæ, & quia iuſpatronatus eſt conceſſum Laicis ex gratia, vt inuitentur ad fabricandas, & dotandas eccleſias: quod ſi tam ſtricte, & cum ſummo rigore contra eos procederetur, reijcerentur à tali actione conſtruendi eccleſias cum maximo eccleſiarum detrimento; vide Marcum Antonium genuenſem Epiſc. Iſernien. in praxi Archiep. Neapol. cap. 82. n. 1. varia de iurepatr. Farinac. deciſ. 406. parte 2. tomo 1. Quod ſi à ſuperiore talem poteſtatem habente mandetur patronis, ne præſentent,
7 quia † prætendit eccleſiam eſſe liberam, non currit patronis tempus, quia tunc videtur orta lis inter eos, & Epiſcopum; de quo vide Lambert. vbi ſupra art. 12.

CA-

CAPVT TERTIVM.

Si lis ſit occaſione iuriſpatronatus, intra quod tempus ſit terminanda.

SVMMARIVM.

1 *Lis occaſione iuriſpatronatus non vacante eccleſia, non eſt terminanda intra certum tempus.*

2 *Si adueniente vacatione lis durat, elapſo tempore dato ad præſentandum, Epiſcopus Eccleſiam ordinare poteſt.*

3 *Epiſcopus debet eccleſiam liberam conferre ſine mora.*

4 *Patroni ſi diſcordent, litis euentus expectandus eſt.*

5 *Concil. Tridentin. ſeſſione 24. de reformat. cap. 20. vbi in foro eccleſiaſtico cauſæ intra biennium ſint terminãdæ.*

6 *Concil. Tridentin. ſeſſ. 25. de reformat. cap. 10. in fine.*

7 *Patronus non præſentantibus deuolutio fit ad ſuperiorem.*

8 *Patronis litigantibus ſuper facta præſentatione nullum currit tempus.*

9 *Lis inter præſentatos, vel ſimul inter præſentantes terminanda eſt intra tempus datum ad præſentandum.*

10 *Idem eſt ſi lis ſit inter patronos ſuper iurepatronatus.*

11 *Lite ſtante ſuper iurepatronatus, ſi ante litem conteſtatam fiat præſentatio, quaſi poſſidens præfertur.*

12 *Epiſcopus poteſt Eccleſiam conferre lite non finita intra debitum tempus.*

13 *Lis inter compatronos laicos, & eccleſiaſticos intra ſemeſtre terminatur.*

14 *Lite vertente ſuper iure eligendi, & non finita intra ſemeſtre, ſuperior prouidet.*

15 *Patroni durante tempore dato ad præſentandum quandocunque præſentare poſſunt.*

QVod ſi lis ſit occaſione iuriſpatronatus, infra quantũ tempus debeat

beat terminari, conſtitue cum Lambert. de iurepatr. lib. 2. part. 2. quæſt. 1. art. 9. plures caſus.

1 Primus † eſt, quando eccleſia non vacante lis eſt ſuper iurepatronat. ſeu ſuper eius quaſi poſſeſſione, & tunc nullum conſideratur tempus, ſed finis litis expectabitur, & adueniente vacatione quaſi poſſidens admittetur ad præ-
2 ſentandũ. Quod ſi dicta † lis etiam poſt eccleſiæ vacationem durauerit poſt elapſum ſemeſtre, ſeu quadrimeſtre poterit Epiſcopus eccleſiam ad libitum ſuum ordinare. ad tex. in cap. eam te. de iurepatronatus.

Secundus eſt caſus, quãdo eccleſia vacauit, certumque eſt eam ſemper fuiſſe liberã, quia antea ab Ordinario tanquam libera fuit collata pluries, & nunc aliqui laici prætendunt iuſpatronatus; tunc
3 Epiſcopus † eam debet conferre, nullo tempore expectato. Card. in clem. plures. §. vlt. num. 1. de iurepatronatus, debet enim conſeruari collator in ſua quaſi poſſeſſione. argumento tex. in cap. conſultationibus. de iurepatronatus: quando vero tunc non conſtat clare eccleſiam eſſe liberam, tunc Epiſcopus non poteſt eam conferre, ſed debet in ea conſtituere Economum, qui eccleſiæ deſeruiat, fructus exigat, & reſeruet pro futuro Rectore. cap. cum vos. de offic. ordin.

4 Tertius eſt caſus, † quando conſtat eccleſiam vacantem eſſe patronatam, ſed patroni ſunt diſcordes, quia diuiſerunt vota ſua plures præſentando, & ſuper hoc litigatur: & tunc non currit nec ſemeſtre, nec quadrimeſtre; ſed expectabitur finis litis, cum pertineat ad Ordinarium diſcernere numerum vocum, merita præſentatorum, & litem finire. ſuper quo vide dicta per Innocen. in cap. 1. & cap. 3. de iurepatr. Hodie autem, ſeruari debet Conc.
5 Trident. † Seſſ. 24. de reform. cap. 20. vbi cauſæ omnes ad Forum eccleſiaſticum, quomodolibet pertinẽtes etiamſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur, atque omnino ſaltem infra biennium à die motæ litis terminentur: alioquin poſt id ſpa-

ſpatium, liberum ſit partibus, vel alteri illarum, Iudices ſuperiores, alias tamen competentes adire, qui cauſam in eo ſtatu, quo fuerit aſſumant, & quamprimum terminari curent. Accedit id, quod dicit
6 idem Concil. Trid. † Seſſ. 25. de reformat. cap. 10. in fine. vbi monet tam Ordinarios, quam alios quoſcumque Iudices, vt terminandis cauſis quanta fieri poterit breuitate ſtudeant.

Quartus eſt caſus, quando
7 conſtat † eccleſiam vacantem eſſe patronatam, ſed patroni non conueniunt in præſentando, & labitur ſemeſtre, ſeu quadrimeſtre: & tunc ex deuolutione Epiſcopus eam confert. ad notata in dicto cap. 3. de iurepatr. vbi Card. col. vlt.

8 Quintus eſt caſus, † quando patroni inter ſe litigant, nō ſuper iurepatronatus, nec ſuper eius quaſi poſſeſſione; ſed ſuper forma præſentationis, quia vnus dicit præſentationem de altero tanquam de abſente factam non tenere, ſeu tanquam de crimino ſo, & ſimili, altero contrarium dicente: & tunc nullum currit tempus; ſed litis euentus debet expectari per ſententiam Epiſcopi. Cardin. in dicta Clement. plures. §. vlt. num. primo.

9 Sextus eſt caſus, † quando eſt lis inter præſentatos tantum, vel inter eos etiam cum præſentantibus ſuper iurepatronatus, eiusq; quaſi poſſeſſione: & tunc ſi lis non finiatur intra ſemeſtre, ſeu quadrimeſtre, Epiſcopus eccleſiā debet conferre. ita Io. Andr. Cardin. Abb. & alij in dicto cap. cum vos. de offic. ordin. Card. dicto §. vlt. & col. vlt.

10 Septimus eſt caſus, † quando eſſet quæſtio inter patronos, puta, quia vnus negat alium eſſe patronum, quia iuſpatronatus amiſit, vel eo fuit priuatus, & ideo ad ſe tantum iuſpatronatus pertinere: & tunc ſi lis non ſit terminata intra ſex, vel quatuor menſes, Ordinarius eam conferre debet.

11 Octauus eſt caſus, † quando litigatur de iurepatronatus inter patronos, & alter eorum eſt in quaſi poſſeſſione, alter non: ſi omnes præſentent ante litem conteſtatam, debet inſtitui præſenta-

tus à quaſi poſſeſſore. àd cap. conſultationibus. de iurepatronatus.

12 Quod autem † dictum eſt ſupra, non terminata lite intra tempus debitum debere Epiſcopum ecclesiam conferre, procedit ſi ſine ſcandalo poſſit conferre, & niſi contraria adſit conſuetudo in loco. Lapus allegat. 78. num. 17. vbi ait, vſum, quo ſuperior lite non finita cõferat eccleſiam, receſſiſſe ab aula: & Piſis huiuſmodi adeſt conſuetudo: & certe magnum damnum eccleſiæ infertur propter huiuſmodi lites, & diſcordias.

13 Quod ſi lis ſit inter † compatronos laicos, & eccleſiaſticos ſuper iurepatronatus, vel eius quaſi poſſeſſione, lis erit finienda ſecundũ ſupradicta intra ſemeſtre propter mixturam, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum. Hoſtien. in ſua ſumma in tit. de iurepatronat. §. quid iuris ſi propter, & §. in quibus dif-

14 ferant. Stante † autem lite ſuper iure eligendi inter habentes eligere, & non finita intra trimeſtre, Superior prouidere non poteſt. cap. 2. de in integr. reſtitut. cap. cum dilectus. de conſuetud. & cap. ex parte de arbitr. ſed expectabitur litis euentus: quod declara, vt per Lambert. vbi ſupra art. 11. Aduertendum

15 eſt † etiam, quod patroni poſſunt valide præſentare per totum quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre, & quandocumque durante dicto tempore; per quadrimeſtre patroni laici, per ſemeſtre patroni clerici. Abb. in cap. cum vos. num. 6. de offic. ordin. Rot. Rom. de iurepatronat. in antiquis deciſ. 10. num. 1. tradit Lamber. vbi ſupra art. 13.

CAPVT

CAPVT QVARTVM.

Quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre quomodo computetur, & an ſit ſemper continuum: & quid ſi præſentatus non conſentiat præſentationi, an habeat patronus nouum tempus.

SVMMARIVM.

1 *Quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre quomodo computetur.*
2 *Curritque de momento ad momentum.*
3 *Exemplum curſus dicti temporis.*
4 *Tempus, dies, & hora attenditur, quando fuit publicum rectorem obijſſe.*
5 *Quadrimeſtre, & ſemeſtre eſt ſemper continuum.*
6 *Tempus continuum, & vtile quid.*
7 *Patronus nouæ eccleſiæ tenetur præſentare Rectorem intra quadrimeſtre à die dotationis.*
8 *Patronus quando habeat nouum tempus ad præſentandum.*
9 *Et in eo non eſt computanda pars primi temporis.*
10 *Quod non procedit, ſi patronus verè non præſentauit.*
11 *Nec in electione.*
12 *Patronus laicus durante quadrimeſtre poteſt variare.*
13 *Patronus, qui præſentauit indignum, ſi ſit reſtitutus, eidem remiſſum cenſetur tempus amiſſum.*
14 *Et ſi ſit reſtitutus aduerſus ſententiam, habet nouum tempus integrum.*
15 *Patrono currit tempus à die veræ vacationis.*

1 QVadrimeſtre, ſeu † ſemeſtre quomodo computetur, tradit Rot. Rom. de iurepatronat. in antiquis deciſ. 10. num. 2. remittendo ſe ad Hoſtien. in cap. licet. de ſupplen. neglig. Præl. ad Io. Andr. in cap. quam ſit. de elect. lib. 6. & ad Doct. in l.

vbi lex.ff.de reg. iur. & tradit Lambertin. de iurepatr.lib.2. par. 2. quæſt. 1. artic. 14. Si
2 enim dies † vacationis fuerit in die octaua Ianuarij, die ſeptima Aprilis erit vltima dies trimeſtris. & ideo tale tempus currit de momento ad momentum, & in eo erit attendenda hora. Doct. in dicto cap. quam ſit. §. electus ſuper gloſſ. in verbo menſem. de elect. lib. 6. Et ſit exem-
3 plum, † vt in præcedenti hora illius horæ, qua vacauit eccleſia, licet ſit eiuſdem diei computetur tempus: vt ſi dies vacationis fuerit hora decimanona, hora decimaoctaua currentis diei temporis à iure præfiniti debet attendi: & at-
4 tenditur † tempus dies, & hora, in quibus fuit publicum, & notorium Rectorem deceſſiſſe; poteſt enim accidere, quod moriatur Rector hora decimaquinta, & quod non publicetur niſi hora vigeſi-
5 ma. Tale autẽ † tempus quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre eſt ſemper continuum, & quocumque die currit. cap. 3. de. iurepatronat. Lambertin. vbi ſu-
6 pra ar. 15. Tempus † autem continuum eſt, quod diebus feriatis, ſiue non feriatis currit in præſentia, & abſentia, ſiue adſit, ſiue non copia Iudicis. Tempus autem vtile eſt, quod non currit diebus feriatis, nec in abſentia partis, neque vbi deeſt copia Iudicis. gloſſ. in Clem. vnica in verbo continuum. de reſtitut. in integr. vbi ait vtile aliquando eſſe continue vtile, ali-
7 quando non. Si vero † de nouo conſtruatur eccleſia, cum dos ſit aſſignanda in ipſa impoſitione primi lapidis, & ne dos remaneat pœnes dotantem, tenetur ipſe patronus à die dotationis infra quadrimeſtre, ſi laicus, infra ſemeſtre, ſi eccleſiaſticus præſentare Rectorem: quamuis enim tunc. eccleſia non egeat Rectore quoad ſpiritualia, eget quoad temporalia, vel ſaltem currit tempus à die, in quo aduenit dies ſolutionis dotis, niſi ante illud tempus eſſet eccleſia ædificata: quia à die perfectionis ædificij curret dictum tempus, licet non aduenerit dies ſolutionis. Quod ſi aſſignatio dotis ſit omiſſa; quo caſu eccleſia dotanda erit ab Epiſcopo, completa conſtructione auctoritate Epiſcopi,

ſcopi incipiet currere dictum tempus, vt per Lambertin. vbi ſupra art. 16.

8 Patronus etiam† habet nouum ſemeſtre ſi clericus, quadrimeſtre ſi laicus ad præſentandum à die, quo præſentatus noluit conſentire præſentationi, vel à die, quo præſentationem prius acceptatam renunciauit, vel à die mortis præſentati adhuc non inſtituti: & hoc tempus adeo eſt nouum, vt nullo modo in
9 eo † computanda ſit pars primi ſemeſtris, ſeu quadrimeſtris. argumento tex. de elect. loquentis in cap. ſi electio. de elect. lib. 6. vbi Doct. extendunt text. ad collationem, & poſtulationem, & ſuper gloſ. ibidem in verbo integrum extendunt illum ad præſentationem. Rot. Rom. de iurepatronat. in nouis deciſ. 8. niſi ſuper his fraus interceſſiſ-
10 ſet. Et † ſecus eſt etiam ſi patronus elegit, & deputauit præſentandum; ſed eum non præſentauit actualiter. Lambertin. vbi ſupra art. 17. quod
11 ſecus† eſſe ibi dicit in electione, cum electus habeat Ius in re, non ad rem, ſicut præſentatus, vt ibi per eum: idem eſt ſi patronus eccleſiaſticus præſentet aliquem, qui poſtea repellatur ob occultum crimen ante inſtitutionem. ad tex. in dicto. cap. ſi electio de elect.
12 lib. 6. Patronus † autem laicus tali caſu durante quadrimeſtre tantum poteſt variare, & alium præſentare, vt per Lambertin. vbi ſupra art. 18.
13 Si vero patronus † qui præſentauit indignum, ſit à Papa reſtitutus, vt poſſit iterum præſentare, & reſtitutus ſit aduerſum lapſum temporis, cenſetur tantum reſtitutus ad tempus amiſſum. gloſſ. vlt. in fine in dicto cap. ſi electio. Si
14 autem † ſit reſtitutus aduerſus ſententiam priuatiuam poteſtatis, & tunc totum tempus quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre de nouo habebit. gloſ. in dicto cap. ſi electio in verbo occultum.

15 Tempus † autem à die veræ vacationis currit patrono; & ideo ſi Rector ſit vere priuatus beneficio, & tamen publicè regit, & adminiſtrat in illo; tunc patrono non currit tempus à die dictæ priuationis, ſed à die mortis prædicti Rectoris. Lapus allegat. 78. dubio 4. num. 12.

& ſequentibus. Lambert. vbi ſupra art. 20. & ratio eſt in hoc caſu, quia patronus non tenetur diuinare.

CAPVT QVINTVM.

Quid requiratur quando pro patrono præſentat eius procurator, & quid in præſentato.

SVMMARIVM.

1 *Procurator præſentans debet infra tempus iuris mandatum exhibere.*

2 *Paria ſunt non præſentare, vel inſufficienter præſentare.*

3 *Patronus intra tempus iuris poteſt ratificare geſta per compatronos, vel per ſuos procuratores.*

4 *Præſentatio procuratoris remanet nulla non exhibito mandato intra tempus iuris.*

5 *Multi procuratores decipiuntur non exhibendo mandatum.*

6 *Præſentatio fieri debet infra tempus iuris præſente præſentando.*

7 *Præſentatus debet acceptare præſentationem in tempore debito.*

8 *Patronus poſt factam præſentationem non tenetur aliam facere inſtantiam.*

9 *Inſtituere habenti nullum eſt præfixum tempus.*

10 *Præſentatus nō tenetur inſtare pro inſtitutione infra dictum tempus datum ad præſentandum.*

1 PRocurator † patroni, ſi infra legitimum tempus quadrimeſtris, ſeu ſemeſtris procuratorio nomine præſentet, debet infra dictum tempus fidem facere de ſuo mandato, eamque apud acta exhibere in forma authentica. Lapus allegat. 22. Lambert. de iurepatronat. par. 2. lib. 2. quæſt. 1. artic. 20. Pa-
2 ria enim † ſunt non præſentaſſe, vel minus ſufficienter præſentaſſe. cap. ſi quis iuſto.

ſto. vbi gloſ. in verbo ădmitti. de elect. lib. 6. Præſentatio namque requirit certum patroni mandatum. Card. in cap. vlt. colum. vlt. de conceſſ. præbend. Poteſt etiam
3 infra † dictum tempus patronus ratificare geſta per compatronos, vel procuratores ſuos, etiam per litteras, vt in cap. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à Præl. Rocch. de Curte. de iurepatronat. in verbo honorificum. quæſt. 5. num. 23. & ſequentibus: & de ratificatione patroni, vide Abbat. in conſil. 76. parte 2. Et
4 ideo † elapſo dicto tempore, & non ſequuta mandati exhibitione, ſeu patroni ratificatione, præſentatio nulla, & inualida remanet, & deuolutio fit ad ſuperiorem, qui tunc ob patroni negligentiam confert eccleſiam. Et in praxi
5 eſt † animaduertendum circa prædicta, quia multi tãquam procuratores patronorũ abſentium pręſentant, & poſtea infra dictum tempus nõ exhibent mandatum, nec procurant patronorum ratificationem & nihil efficiunt, & lites ſuſcitant inanes. de hoc vide Farinac. parte 2. tomo 1. deciſ. 443. numero tertio.
6 Præſentatio † autem debet intra legitima tempora fieri actualiter præſente præſentando. Rot. Rom. de iurepatronatus in nouis. deciſ. 3.
7 qui † præſentatus debet omnino intra dictum tempus datum ad præſentandum acceptare præſentationem. argumento text. in capitulo quam ſit. de election. lib. 6. & tradit Lambertin. de iurepatronatus. libro 2. parte 2. quæſt. 1. artic. 22. Sed pa-
8 tronus † poſt factam præſentationem non tenetur intra dictum tempus, nec poſtea facere inſtantiam coram Superiore, vt inſtituat præſentatum. Rot. Roman. de iurepatronat. in nouis. deciſ. 4.
9 Nullum † enim tempus reperitur à iure ſtatutum ſuperiori ad faciendam inſtitutionem, licet ad præſentandum à iure ſtatutum ſit
10 tempus: immo † nec etiam præſentatus tenetur infra dictum tempus facere inſtantiam, pro aſſequenda inſtitutione. per dicta à Doct. in cap. cum vos. de offic. ordinar. in cap. 3. cap. ſi vero. & in cap. eam te. de iu-

repatron. Vide Rocch. de Curte. de iurepatron. in verbo honorificum. quæſt. 36. & Lambert. vbi ſupra. art. 23.

CAPVT SEXTVM.

Quid ſi patronus erret præſentando coram Ordinario, cum deberet præſentare coram alio, & an præſentatio præſumatur facta tempore debito.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ſi iuſto errore præſentet coram ordinario, poteſt iterum coram habente inſtituere, præſentare etiam lapſo termino.*

2 *Secus ſi præſentet coram inferiore, cum deberet præſentare coram Ordinario.*

3 *Patronus ſi abſit contradictio, non tenetur probare ſe præſentaſſe in tempore.*

4 *Præſentatio quando præſumatur, vel non, facta in tempore.*

5 *Præſentatio ſi fuit admiſſa, præſumitur facta in tempore.*

6 *Præſentatio admittitur ſi & in quantum.*

7 *Patroni non poſſunt moram purgare ſi lapſum ſit tempus.*

8 *Epiſcopus poteſt elapſo tempore admittere patronum ad præſentandum.*

9 *Secus eſt ſi Epiſcopus non contulerit, nam tunc deuolutio fit ad Superiorem.*

10 *Patronus ſcienter præſentans indignum non admittitur.*

1 PAtronus† ſi præſentet cõram Ordinario, quando tamen facultas inſtituẽdi ſpectat ad alium Inferiorem ex legitima præſcriptione, ſeu priuilegio; quia patroni intentio fundata erat in Iure. per text. in cap. omnes Baſilicæ. 16. quæſt. 7. quamuis lapſum ſit tempus datum ad præ-

præſentandum, & ſciat tunc præſentationem fieri debere coram alio, bene poterit iterum præſentare ex iuſta cauſa ignorantiæ coram habente inſtituere; nemo enim tenetur ſcire iura priuatorum. c. porro. de priuileg. Si au-
2 tem† inſtitutio ſpectet ad Ordinarium, & patronus coram inferiore præſentet, tunc lapſo tempore patronis à iure dato ad preſentandum non poterit de nouo præſentare, quia Ordinarius iure communi habet illam auctoritatem inſtituendi, & neminem iuris ignorantia excuſat, vnuſquiſque enim ſcire leges tenetur. l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. niſi dictus inferior eſſet in quaſi poſſeſſione inſtituendi. Vide Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 2. quæſt. 1. artic. 24.

3 Patronus † autem, ſeu preſentatus, ſi nullum habeat aduerſarium, & nulla adſit contradictio, nõ tenetur probare præſentationem fuiſſe factam ſtatuto tempore, quia actus reperitur factus, & præſumitur factus debito tempore, vide Maſcardum de probationibus. concluſio. 1218. Doctor. in cap. vt circa. §. 1. de elect. lib. 6. Si
4 autem adſit † aduerſarius, qui id neget, & præſentatio non fuerit admiſſa ab eo, qui debet inſtituere ex cauſa, quia lapſum erat tempus: & tunc non eſt præſumendum præſentationem fuiſſe factam infra debitum tempus. Si autem ex alia cauſa non fuit admiſſa præſentatio; tunc præſumitur tempus non fuiſſe elapſum. Verum ſi indiſtincte abſque cauſæ expreſſione præſentatio non fuerit admiſſa, & tunc non præſumitur facta debito tempore; cum ſimus in incerto cur fuerit reiecta. Rot. Roman. de iurepatronat, in antiquis. deciſ. 12. Si autem præſen-
5 tatio fuerit † admiſſa preſumitur facta debito tempore, etiã
6 ſi fuerit admiſſa ſi & in † quãtum, prout de ſtylo fieri conſueuit. Lamb. vbi ſup. art. 25.

Neque poſſunt patroni, qui non præſentauerunt infra debitum tempus moram pur-
7 gare; † quia vbi exequutio facta eſt à iure non admittitur moræ purgatio. Doctor. in l. ſi inſulam. ff. de verbor. obligat. gloſ. & Doct. in cap.

mo-

mora. de regul. iur. libro 6. & in hoc caſu exequutio fit à iure, quo deuoluitur ſtatim ad ſuperiorem libera conferendi facultas, prout dicit Abb. in cap. vlt. de iurepatron. & Rot. Roman. de iurepatronat. in nouis. deci-
8 ſio. 6. Poteſt tamen † Epiſcopus elapſo tempore facere rem gratam patrono, eumque ad præſentandum admittere; vt per Lambertin. vbi ſupra artic. 27. num. 3. per text. in cap. 2. de ſupplend. neglig. Præl. ponderando ibi verbum, liceat, quod ponit cauſam in voluntate illius, cui licet, & idem eſt in alio habente inſtituere. Quod
9 non † procedit, ſi Epiſcopus, vel alius ſuperior infra ſuum ſemeſtre non contulerit, cum tunc deuoluatur ad alium ſuperiorem. cap. ſecundo. de
10 conceſſ. præben. Non † poteſt tamen admitti patronus, qui ſcienter præſentauit indignum, & pro illa vice fuit iure ſuo priuatus, cum tunc priuatio ſit in pœnam. c. cum vos. de offic. ordin.

CAPVT SEPTIMVM.

An Ordinarius poſſit abbreuiare tempus datum ad præſentandum.

SVMMARIVM.

1 *Tempus datum ad præſentandum an poſſit abbreuiari ab ordinario.*

2 *Edicto poſito cum minori termino ſi alius petat tempus datum iure, obtinet.*

3 *Et ſi in termino edicti nullus compareat, fit inſtitutio.*

4 *Collegij maior pars poteſt abbreuiare tempus, & præſentare.*

5 *Si in termino edicti nullus comparuit, tamen re integra intra tempus iuris patronus præſentare poteſt.*

6 *Et ſi eſſet facta inſtitutio, patronus poteſt in eam conſentire.*

7 *Patroni ſi ſinant ſcienter labi tempus edicti, non admittuntur poſtea.*

1 ORdinarius † an poſſit abbreuiare tēpus datum à iure patronis ad præſentandum in appoſitione edicti ſecundum diſpoſitionē tex. in cap. vlt. de elect. lib. 6. vbi gloſſ. & Doctor. dicunt dictum tex. procedere etiam in præſentatione, & ita de ſtilo ſeruatur: Si alij compatroni non compareant in termino edicti, an eis præiudicium afferatur, cōſtituas ſuper hoc articulo ſequentes caſus.

2 Primus caſus † eſt, quando fuit poſitum edictum, cum minori termino, & tunc ſi quis compareat, & dicat ſe velle expectari per totum tempus ſibi à iure conceſſum, audietur, ſed procedetur ad vlteriora, & ſi producet iura ſua ſuper eis iudiciū dabitur.

3 Secundus eſt † caſus, quādo in termino edicti nullus comparuit, & eſt certum alium habere iura minima in dicto iurepatronatus, & tunc poteſt procedi ad inſtitutionē, ſed melius eſſet dictum certum patronum citare citatione ſpeciali.

4 Tertius eſt caſus †, quando iuſpatronatus competit Collegio, & tunc maior pars poteſt abbreuiare tempus iuris, & vocata minori parte præſentare, ſicut fit in electione ſecundum dicta per Abb. & Doctor. in cap. cum nobis. de elect.

5 Quartus eſt † caſus, quando termino edicti nullus comparuit, & præſentantes eorum iura produxerunt, & tunc re integra ante inſtitutionem admittetur patronus ad præſentandum, ſi duret tempus patronis à iure conceſſum.

6 Sed ſi † ſit facta inſtitutio, poſſet patronus pro conſeruatione ſui iuris repræſentare inſtitutū, & in eum conſenti-7 re. Si autem † patroni ſciant edictum, & ſinant labi tempus, quia tunc videntur tacite approbare præſentationem factam, ſi probetur dicta ſcientia, non debent vllo modo ad præſentandum admitti: & de his vide alios deducentem Lambertinum de iurepatronatus libr. 2. part. 2. quæſt. 1. art. 28.

CA-

CAPVT OCTAVVM.

Tempore vacationis ad quem pertineat Eccleſiæ cuſtodia.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodia Eccleſiæ ſpectat ad habentem ius inſtituendi, ſi non ſint patroni Eccleſiaſtici.*

2 *Si ſint laici, ſpectat ad Epiſcopum.*

3 *Concil. Tridentin. ſeſſione 24. de reformat. cap. 18. vbi Epiſcopus prouidit Eccleſiæ vacanti de Vicario.*

4 *Quando inſtitutio ſpectat ad inferiorem, Epiſcopus Vicarium, inferior œconomum ponit, ſi vacet parochialis Eccleſia.*

5 *Oeconomus in Eccleſia vacante ponitur ab habente illius cuſtodiam.*

1 Tempore vacationis ille habet † cuſtodiam eccleſiæ, qui habet ius inſtituendi gloſſ. penult. in fine in c. cum vos de offic. ordin. & ſi patroni ſint eccleſiaſtici, cuſtodia eccleſiæ ſpectat ad eos, & ideo Epiſcopus in ea non ponet œconomum. Innocent. & alij in cap. vnico vt eccleſiaſt. benefic. & in c. 1.
2 Ne ſe. vacant. Si autem † ſint patroni laici, cuſtodia pertinet ad Epiſcopum, quia laici non debent ſe intromittere de rebus eccleſiæ, niſi quo ad defenſionem. q. 1. cum quatuor ſequentibus capitulis 10. q. 1. Innoc. in dicto c. cum vos. vbi Abb. Card. & alij, niſi aliud eſſet de priuilegio ſpeciali. Sed hodie de
3 bet ſeruari † Concil. Triden. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18. vbi vacante eccleſia parochiali cuiuſcunque iuriſpatronatus, Epiſcopus in ea idoneum Vicarium, debet conſtituere cum congrua eius arbi-

bitrio fructuum portionis aſſignatione, qui onera ipſius eccleſię ſuſtineat, donec ei de Rectore prouideatur: & ita de ſtilo ſeruatur. Quod etiam
4 procedit, ſi parochialis † eccleſiæ inſtitutio pertineat ad inferiorem. Praxis Archiepiſcop. Leonis. part. 2. de collatione benefic. cap. 18. nu. 52. de qua re vide Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 1. art. 29. Et generaliter in ec-
5 cleſia † vacante ille ponit Oeconomum, donec ei de Rectore prouideatur, qui habet illius cuſtodiam. per tex. in dicto capitulo cum vos. & de tali œconomo loquitur Lambertinus vbi ſupra articulo 30.

CAPVT NONVM.

Quid agendum, ſtante diſcordia inter patronos cum ſcandalo.

SVMMARIVM.

1 *Diſcordia patronorum ſtante Epiſcopus poteſt claudere oſtia Eccleſiæ, aliaq; facere.*

2 *Dummodo prius eos ad concordiam reducere curauerit, Eccleſiamque conferre poteſt.*

3 *Etiamſi dignus fuerit præſentatus.*

1 SI inter patronos † ſit diſcordia, & de facto veſint facere, quod ſibi placet, & magna oriantur ſcandala, adeò vt malus timeatur euentus: & tunc Epiſcopus poteſt procedere ſecundum tex. in c. 1. & in c. 2. de iurepatron. ſcilicet iubere, vt claudantur oſtia eccleſiæ, de ea reliquiæ ſanctæ extrahantur, & denique recurrere ad brachium ſeculare, ad Papam, & ad Deum omnipotentem: & elapſo quadrimeſtre, ſeu ſemeſtre poterit eam libere conferre;

2 re; dummodo prius † eos reducere ad concordiam conatus ſit, & eam confert ſi ſine ſcandalo id facere poſſit. ad tex. in cap. 3. de iurepatron.
3 etiam ſi præſentatus †. eſſet habilis, & dignus ad ſcandalum vitandum. Vide de hoc late dicentem Lambertinum de iurepatronatus libro 2. parte ſecunda. quæſtione 1. articulo 31.

LIBER OCTAVVS,

In quo continetur, vbi & qualiter fieri debeat præſentatio.

CAPVT PRIMVM.

Præſentatio infra quod tempus, & quo loco facienda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio fieri debet durante tempore dato ad præſentandum.*

2 *Patronus ſecuta morte Rectoris ſtatim poteſt præſentare.*

3 *Honeſtum eſt præſentare poſt ſepulturam Rectoris.*

4 *Præſentatio fieri poteſt quacumque hora diei.*

5 *Et quacumque die.*

6 *Actus voluntarij quolibet die fieri poſſunt.*

7 *Proceſſus non fit diebus feriatis, quando lis eſt ſuper beneficio in forma iudicij.*

8 *Præſentatio poteſt fieri de nocte.*

9 *Præſentatio eſt actus voluntarius, & extraiudicialis, fieriq; poteſt extra territorium habentis inſtituere.*

10 *Proceſſus extra territorium habentis inſtituere fieri nequit ſi lis ſit inter præſentatos.*

11 *Præſentatio fieri poteſt in quocumque loco honeſto.*

12 *Præſentatio ſi fiat iure collegij, facienda eſt in loco conſueto dicti Collegij.*

1 PRæſentatio facienda † eſt intra tempus datum ad præſentandum, ideſt eo durante quandocumque, vt toto tit. de iurepatronat. & in ſuperiori libro pluries dictum
2 eſt. Et ideo patroni † ſtatim ſequu-

ſequuta morte Rectoris poſſunt nouũ præſentare Rectorem, etiam non ſepulto Rectore. Doct. in cap. bonæ il ſecondo, vbi Innocen. Card. Abb. & alij, de elect. De ho-
3 neſtate tamen patroni † poſſent expectare, vt cadauer prius ſit traditum ſepulturæ, & poſtea præſentare. ad text. in cap. obeuntibus. diſtin. 63. & cap. poſtquam. diſtin. 50. Et eadem ratione præſenta-
4 tio † fieri poteſt quacumque hora diei, cum in ea de neceſſitate nõ requiratur, quod celebretur Miſſa de Spiritu ſancto, vt per Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. parte ſecunda, quæſt. 2. art. 2. Et ideo
5 præſentatio† fieri poteſt quocumq; die etiam feriato, etiã paſchali, cum ſit quid extraiudiciale, & ſapiat ſpiritualitatem. Dominic. in cap. concertationi de appellat. lib. 6.
6 Actus etiam † voluntarij omnibus diebus fieri poſſunt. Hoſtien. in ſumma tit. de ferijs: §. quid in his agi debeat, per l. actus. C. de ferijs: & præſentatio eſt de actibus voluntarijs. vide Rocch. de Curte de jurepatronat. verbo honorificum quæſt. 35. num. 66.

7 Si autem † ſuper beneficio litigetur in forma Iudicij, tunc talis proceſſus non fiet diebus feriatis in honorem Dei, cum ſit in forma Iudicij. gloſ. in Clemen. diſpendioſam verbo beneficijs de iudic. vide Clem. ſæpe, & ibi gloſſ. de verb. ſignificat. vide Lamber. vbi ſupra art. 4. Et cum tem-
7 pus † datum ad præſentandum currat de momento ad momentum, poteſt fieri etiam de nocte talis præſentatio. Lambertin. vbi ſupra art. 5. & dantur multi caſus, in quibus patroni poſſunt præſentare poſt lapſum tempus eis conceſſum, de quibus in præcedenti libro diximus, & breuiter tradit Lambert. art. 5. vbi ſupra, & per rationes ſu-
9 pradictas, quia præſentatio † eſt actus voluntarius, & extraiudicialis. Cardin. & Abb. in cap. nouit. de offic. leg. Poteſt fieri etiam extra territorium, & Diœceſim habentis inſtituere, vbicunque reperiatur is, coram quo fieri debet præſentatio, & etiam inſtitu-
10 tio. Si autem inter † præſentatos ſit lis, proceſsus extra territorium habentis inſtituere fieri non poſset; vide Bald. in l.

in l. 3. ff. de offic. proconſ. & leg. Cardin. & Abb. in dicto cap. nouit. & Lambertin. vbi
11 ſupra art. 6. Et quamuis † electio ſit facienda in eccleſia. cap. cum terra. & cap. quod ſicut. de elect. vel in alio loco honeſto, de conſuetudine, nihilominus præſentatio fieri poteſt in eccleſia, & in omni loco honeſto, in quo reperiatur Epiſcopus, vel alius habens inſtituere. Si autem
12 præſentatio † fiat iure Collegij, tunc fieri debet in loco conſueto dicti Collegij. Lambertin. vbi ſupra articulo ſeptimo.

CAPVT SECVNDVM.

Qualiter fieri debeat præſentatio à populo, à Collegio, vel à patronis particularibus.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio qualiter fiat quando plures ſunt patroni.*

2 *Conſenſus omnium requiritur, quando aliquid ſpectat ad omnes.*

3 *Conſenſus maioris partis quando minori præiudicat, ſimul expeditur.*

4 *Commune quando aliquid eſt pluribus vt ſingulis, conſenſus ſeparate præſtari poteſt.*

5 *Præſentatio ſi facienda ſit nomine collegij, omnes patroni ſunt vocandi.*

6 *Alias poterunt agere de contemptu.*

7 *Patroni vt ſinguli ſingulariter poſſunt præſentare, & compromittere.*

8 *Patroni ſunt vocandi, & valet vocatio etiamſi dictum ſit ad electionem.*

9 *Patroni quando vt ſinguli debeant præſentare, conſuetudo ſeruetur.*

10 *Modus ſeruandus in coadunandis patronis.*

11 *Parochiani præſentare debentes vocandi ſunt, & ſimul conuenire debent.*

12 *Piſis parochiani patroni cõueniunt in ipſa eccleſia vacãte.*

13 *Populi ſi ſit iuſpatronatus, omnes de populo vocandi ſunt.*
14 *Conſuetudo Piſanæ Diœceſis quando iuſpatronatus ſpectat ad Communitatem.*
15 *Antiani electi à populo vice populi præſentant.*
16 *Priores Piſarum vice populi præſentant.*
17 *Filijfamilias, feminæque quando domicilium habent vocari debent, quando ad populum ſpectat præſentatio.*
18 *Maſculi hodie tantum admittuntur quando ad populum ſpectat præſentatio.*
19 *Pupilli, vel eorum tutores admittuntur, quando omnes de populo vocantur.*
20 *Pupillus infans ſi non habeat tutorem, pro eo poteſt præſentare conſanguineus.*
21 *Patroni iure Collegij aliquem non patronum ad præſentandum admittere nõ poſſunt, etiã vno tantũ contradicente.*
22 *Maior pars Collegij non poteſt compromittere præſentationem etiam vno contradicente.*
23 *Secus ſi habeant iuſpatronatus vt ſinguli.*

1 PRæſentatio qualiter † ſit facienda præſertim cum plures ſunt patroni, requirit, vt conſiderentur ea, quæ ponit Bart. in l. omnes populi. num. 15. & ſequentibus. ff. de iuſt. & iur. Primum eſt, quod
2 in his, † quæ pertinent ad plures, & vniuerſos, requiritur ſimul omnium conſenſus. cap. in geneſi. de ele-
3 ction. Secundum in his, † in quibus cõſenſus maioris partis minori præiudicat, etiamſi pertineat ad plures, vt ſingulos, requiritur, quod illa fiant ſimul. l. & ſuum hæredem. §. hodie. ff. de pact. Et ideo cum
4 aliquid eſt commune † pluribus, vt ſingulis, & conſenſus vnius partis alteri parti non præiudicat, licet fiat ſeparatim tenebit actus. per text. in l. fundum. ff. de ſeruit. ruſt. præd. His ſuppoſitis conſtitue infraſcriptos caſus.
5 Primus † eſt caſus quando patroni ſunt vocandi, vt quia ratione Collegij debeãt præſentare: non ſolum ſunt ipſi vocandi, ſed etiam vocari debet procurator alicuius ex dictis patronis, ſi eiuſdem procuratoris notitia habeatur. Cardin. in cap. 3. quæſt. 7. de iurepatronat.
6 Secundus † eſt caſus quando

do dicti patroni erant vocan-
di ad præſentandum, & non
fuerunt vocati, nec eorum
procuratores: poterunt age-
re de contemptu, vt in ele-
ctione. ſecundam Cardin. in
dicto cap. 3. quæſt. 7.
7 Tertius † eſt caſus, non ſo-
lum poſſunt patroni ſingula-
res ſingulariter præſentare, &
non poteſt agere de contem-
ptu non vocatus; ſed etiam
poſſunt ſingulariter compro-
mittere præſentationem in
aliquos; quod ſi patroni vo-
cent compatronos ad præſen
tandum, cautius aget, quam-
uis ad eos iure ſingulari ſpe-
ctet præſentatio.
8 Quartus † eſt caſus; quan
do patroni ſunt vocandi etiã
ſi vocentur ad electionem,
& non dicatur, ad præſenta-
tionem tenebit vocatio. Fe-
deric. conſ. 102. num. 1.
9 Quintus eſt † caſus quan-
do patroni, vt ſinguli præſen-
tare debent, licet poſſint præ
ſentare ſeparatim, ſi tamen
conſuetudo ſit in loco de hoc
obſeruata, ſeruari debet. Ab-
bas conſ. 76. par. 2. Rocch. de
Curte de iurepatr. verbo ho-
norificum. quæſt. 60. in fine.
Lapus allegat. 78. num. 2.
10 Et quis modus ſit † ſeruan
dus in coadunandis patro-
nis, & numquid maior pars
poſſit citari facere minorem,
& reſtringere terminum præ-
ſentandi à iure præfixum, vi-
de Abbat. in cap. cum nobis.
num. 9. de elect. & de his
Lambertin. de iurepatronat.
lib. 2. par. 2. quæſt. 2. art. 8.
præſertim num. 10. & ſequen
11 tibus. Quod ſi Parochiani †
debeant præſentare, vt vni-
uerſi, quia hoc vt vniuerſi ha
bent ex cõſuetudine, vel quia
de bonis communibus ædifi-
cauerunt, conſtruxerunt, vel
dotauerunt eccleſiam: tunc
vt vniuerſi illud ius habentes
vocari debent, & in vnum lo-
cum conuenire. iuxta dicta à
Ioann. Andr. in cap. 3. de iu-
12 repatronat. Et ita † ſeruatur
Piſis in eccleſijs, quarum iuſ-
patronatus pertinet ad Paro-
chianos, qui vocati hora de-
ſtinata ſimul conueniunt in
eccleſia vacante, ibique per
ſecreta ſuffragia eligunt præ-
ſentandum, & de tali actu lo-
quitur Lambertin. vbi ſupra
art. 9. quo caſu locatores Do-
morum exiſtentium intra Pa-
rochiam ſunt vocandi, niſi ha
bitatores ſint vocati in fun-

datione, vt quia in fundatio-
ne fuerit reſeruatum iuſpatro
natus habitantibus in Paro-
chia. Nam tunc habitantes
tantum vocabuntur, & in hoc
etiam attendi debet loci con-
ſuetudo. Lambertin. vbi ſu-
pra. artic. 10. num. 4. & ſe-
13 quentibus. Quando † autem
iuſpatronatus pertinet ad po
pulum, tunc omnes de po-
pulo erunt vocandi, non au-
tem ſolum regentes Vniuer-
ſitatem. toto titulo. ff. quod
cuiuſque Vniuerſ. nom. & ita
14 ſeruatur † in Diœceſi Piſana,
in qua quædam Eccleſiæ ru-
rales ſunt iuriſpatronatus Cõ
munitatum dictarum Villa-
rum, & hominum ibidem
habitantium: & vacante ec-
cleſia dicti habitatores con-
ueniunt ſimul in eccleſia pro
electione præſentandi. Ve-
15 rum † ſi populus ſolitus ſit
eligere Antianos, vel alios,
penes quos ſit omnis populi
poteſtas. ad tex. in §. Sena-
tusconſultum inſtit. de iure
nat. gent. & ciu. & tunc ij ſo-
li præſentant; vt eſt Piſis,
16 vbi † Domini Priores populi
dictę Ciuitatis eligunt nomi-
ne populi Priorem ad Prio-
ratum Eccleſiæ ſancti Sixti
dictæ Ciuitatis, cuius eccle-
ſiæ fuit etiam Prior Dominus
Vincentius Mazzolius Deca-
nus Piſanus, auunculus meus
cariſſimus; cuius anima re-
quieſcat in pace; & de hoc
vide Lambertin. vbi ſupra.
artic. 11. & eundem. art. 12.
vbi ait in omnibus caſibus,
17 in quibus † filijfamilias, fe-
minæ, virgines, & viduæ ſem
per quando domicilium re-
præſentant, admitti debent
ad præſentandum, quia aliàs
de iure tales interuenire de-
berent in gerendis per popu-
18 lum: licet hodie † ſecundum
conſuetudinem ſeruetur con-
trarium, ſecundum aliam do-
ctrinam Innoc. in cap. 2. de
noui oper. nunciat. & ita ſer-
uatur in ſupradicta Diœceſi
Piſana, in qua tantum viri
admittuntur. Et in dictis ca-
19 ſibus † quando omnes de po-
pulo vocantur, tunc pupilli
maiores ſeptennio, vel eo-
rum tutores admittuntur ad
præſentandum, cum omnes
dicantur de populo. Lam-
bert. vbi ſupra. art. 13. ſi non
habeant tutorem, tunc eorũ
portio accreſcit cõpatronis.
Quod ſi iuſpatronatus totum
20 pertineat ad infantem † non
ha-

habentem tutorem, ſufficeret, quod aliquis ſuus conſanguineus pro eo præſentaret, & erit actus validus, etiã non ſecuta ratificatione, cum pro eo infante vtiliter agat. Lambertin. vbi ſupra art. 14.
21 Si autem † iuſpatronatus ſpectet ad aliquos iure ſingulorum, ſeu iure Collegij, tales non poſſunt admittere non patronum ad præſentandum, vno ipſorum contradicente. argumento tex. in cap. ſcriptum, vbi Abb. num. 3. de elect. & in cap. quia propter. & in cap. in cauſis. de elect. & de hoc Lambertin. vbi ſupra artic. 16. Et eadem † ratione maior pars patronorũ
22 non poteſt in aliquem compromittere præſentationem in vita, minori parte, ſeu vno tantum contradicente. Abb. in capit. cum Vinctonienſis. num. 3. de elect. & in dicto cap. in cauſis; quod procedit in habentibus iuſpatronatus iure Collegij, ſeu Vniuerſitatis; ſi enim † eſſent
23 patroni habentes iuſpatronatus, vt ſinguli poſſent ſeparatim, & ad libitum infra legitima tempora præſentare, ſeu compromittere; de quibus vide Lambertin. vbi ſupra artic. 17. Nec in præſentatione ſeruari debet forma tradita in c. quia propter. de elect. vbi hoc declarat Abb.

CAPVT TERTIVM.

Quis debeat facere conuocare Collegium, quando iuſpatronatus pertinet ad Collegium.

SVMMARIVM.

1 *Collegium quando habet præſentare, quis illud conuocat.*
2 *Habens poteſtatem illud conuocandi,*
3 *Vel ſi nullus habeat poteſtatem, antiquior conuocat.*
4 *Minor pars poteſt conuocare maiorem, ſi labatur tempus.*

5 *Et ſi non poterit conuocare, poterit præſentare.*

6 *Canonici conuocati ſi ſint, & duæ partes ex illis remaneant, poſſunt actum expedire.*

7 *Sed ſi duæ partes receſſerunt, tertia pars nihil agere poteſt.*

8 *Omnibus conuocatis, ſi compareant duæ partes, validè fit præſentatio.*

9 *Piſis conuocatio fit à ſeniori, quando Collegium habet iuſpatronatus.*

1 QVando quæritur † quis debeat conuocari facere eos, quorum intereſt quando iuſpatronatus pertinet ad Collegium, ſeu Vniuerſitatem, conſtituas cum Lamberrin. de iurepatronatus. lib. 2. part. 2. quæſt. 2. artic. 19. ſequentes caſus.

2 Priuus eſt† caſus ſi ſit aliquis, qui ex priuilegio, ſtatuto, ſeu conſuetudine habeat talem poteſtatem conuocandi, ille id poterit facere; ſed ſi vellet abbreuiare terminum iuris datum ad præſentandum, non poſſet. Abb. in cap. cum nobis. numero 9. de electio.

3 Secundus eſt † caſus, ſi nullus ſit, qui habeat talem poteſtatem, antiquior faciet conuocationem. Abb. in capitulo 1. num. 4. de maiorit. & obed. quod procedit in Collegijs eccleſiaſticis. Innocen. & Abb. in dicto c. 1. & quando eſt Vniuerſitas ſecularis, duæ partes debēt congregare tertiam partem, & expedire actum, ſi tertia pars non venerit. Abb. & Felinus in cap. cum omnes. de conſtitut.

4 Tertius eſt † caſus, ſtante fine termini iuris dati ad eligendum, ſeu præſentandum, pars præſens etiamſi ſit minor, vel vnus tantum, poterit conuocare maiorem partem. Abb. dicto cap. cum omnes. num. 13.

5 Si autem † non poſſit alios conuocare ex aliqua cauſa, poterit ſolus actū electionis, ſeu præſentationis expedire. Innoc. nu. 6. in cap. cum nobis olim. vbi Abb. num. 9. in fine. de electio. Nam iura Collegij in vno conſeruantur etiam alijs mortuis, vt notatur in c. 1. de elect. vbi Abb. num. 6.

6 Quartus † eſt caſus; ſi ca- no-

nonici omnes de Collegio ſunt vocati pro electionis præſentationis, vel alterius negocij expeditione, ſi duæ partes remanſerunt, ſemper poterunt actum expedire, eſt enim idem, ac ſi tertia pars vocata noluiſſet venire, nam paria ſunt non venire, vel venire, ſed non expectare vſque ad finem, vt in cap. 1. de iudic. & in cap. certum. 11. quæſt. 3. ita Abb. in dicto cap. cum nobis. nu. 10.

7 Quintus † eſt caſus; Si in caſu præmiſſo duæ partes receſſerint, vel vltra, tunc tertia pars nihil agere poteſt, quia Capitulum non conſeruatur in minori parte, vt in cap. eccleſia. il ſecondo. de elect. & illi recedendo videntur reuocare vocationem factam, niſi inſtet finis termini iuris, vt per Abb. in dicto cap. cum nobis. num. 10.

8 Sextus eſt caſus †, vocatis omnibus, ſi tamen compareant duæ partes tantum, valebit pſæſentatio, quæ fiet per maiorem partem illarum duarum partium. ita Ioan. Cald. conſil. 11. de iurepatron. & quando debeant venire ad ſonum campanæ, ponit Abb. in dicto cap. in cauſis. num. 5. de elect. & vide Felin. in cap. cum omnes. de conſtitut. Piſis † autẽ quando iuſpatronatus pertinet ad Vniuerſitate, puta Parochianorum, conuocatio fit à ſeniori.

CAPVT QVARTVM.

Iuſpatronatus ſi ſpectet pro parte ad Collegium, & pro parte ad alium exiſtentem de Collegio, quomodo fiat præſentatio.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ſi quis pro parte ſit, pro alia Collegium, de quo & ipſe vnus eſt, quomodo debeat præſentare. Et debet*

bet eundem præſentare.

2 *Quilibet poteſt fungi duplici officio.*

4 *Collegij actus ſi rite non fiat, etiam minor pars appellare poteſt.*

5 *Dummodo allegetur cauſa rationabilis.*

1 SI quis † habeat Iuſpatronatus de perſe vt ſingularis perſona in aliqua eccleſia, cuius iuriſpatronat. pars pertineat ad Collegium, puta Capitulum, cuius ille etiam eſt Canonicus; poterit præſentare cum Capitulo, tãquam vnus de Capitulo, & poſtea de per ſe, vt patronus:
2 quilibet † enim poteſt fungi duplici officio, licet ſit vna perſona. cap. à collatione. de appellat. lib. 6. Abbas in cap. cum olim. n. 2. de re iud.
3 Debet † tamen vnum & non diuerſos præſentare; quia qua conſcientia ducitur ad præſentandum vnum iure Collegij, eadem conſcientia debet duci ad præſentandum eumdem iure ſingulari. per cap. penult. §. porro. de elect. lib. 6. Lapus allegat. 22. n. 4. & 5. de quo vide Abbat. & Felin. num. 3. in d. cap. cum olim. Vide Lambertinum de iurepatron. lib. 2. par. 2. q. 2.
4 art. 20. Quod ſi † actus canonicè non fieret, poterit à minori parte appellari. cap. cum nobis olim. de electiõn. Ideoque dicunt Doctores, quod ad impediendum actũ Vniuerſitatis, ne fiat, ſufficit contradictio minoris partis. per cap. 1. de his quæ fiunt à maiori par. cap. Immo ſufficit contradictio vnius. can. Nicæna. vbi Archid. diſt. 31.
5 dummodo † allegetur cauſa rationabilis, quare fieri non debeat. Vnde clarum eſt, vnum ſolum cum iuſtitia poſſe impedire Vniuerſos: & talis cõtradictio eſt appellatio extraiudicialis. Lambertin. vbi ſupra art. 21.

CA-

CAPVT QVINTVM.

Quæ actio competat patronis contra impedientes eos præſentare.

SVMMARIVM.

1 *Patronis competit actio confeſſoria, & negatoria contra impedientes eos præſentare.*

2 *Actio illa an competat vtilis, vel directa.*

3 *Actio directa eis competit.*

4 *Author de his dixit.*

1 PAtronis † contra impedientes eorumdem patronorum præſentationem competit actio confeſſoria, & negatoria. Rocch. de Curte de iurepatron. verb. ius. q. 1. princ. nu. 6. & ita communiter. gloſ. in fi. in cap. examinata. de iudic. vbi Ant. de Butr. Abbas, & alij. An au-
2 tem talis † actio competat directa, vel vtilis, vide gloſ. in l. in rem. §. loca ſacra. ff. de rei vendic. Bald. Cardin. & Barbat. in cap. quanto. de iudic. & concludunt Abbas,
3 & alij competere † directam, quia non datur pro ipſa eccleſia, ſed pro ipſo iurepatronatus, ſeu iure præſentandi; quod ius eſt in dominio patronorum. vide Felinum, & alios in dicto cap. quanto. & Lambertinum de iurepatron. lib. 2. par. 2. quæſt. 2. art. 22. Et de his actionibus vide Doctores in §. æquè. Inſt. de
4 action. vbi & ego † latè dixi, dum eſſem publicus Profeſſor in florentiſſimo Piſano Gymnaſio.

CA-

CAPVT SEXTVM.

Quomodo facienda ſit præſentatio, an præſentari poſſint plures, & numquid præſentatio poſſit compromitti, vel fieri ſub conditione.

SVMMARIVM.

1 *Patroni dicuntur præſentare proprie.*
2 *Abuſiue vero eligere.*
3 *Forma præſentationis.*
4 *Patronus dicens volo præſentare, ſi concurrunt alia requiſita præſentare dicitur.*
5 *Idem eſt ſi dicat, præſento vobis ad talem Eccleſiam.*
6 *Idem etiam eſt, ſi dicat præſento Titium præſentem non addito cognomine.*
7 *Si autem dicat, præſento quem talis præſentabit, non præſentat.*
8 *Electio non valet, ſi eligens dicat, eligo quem talis elegerit.*
9 *Patroni poſſunt plures præſentare, vt Epiſcopus vnum inſtituat.*
10 *Collegij pars ſi vnum, alia pars æqualis alterum præſentent, magis idoneus inſtituendus eſt.*
11 *Patroni poſſunt compromittere poteſtatem præſentandi.*
12 *Patronus facto compromiſſo, re non integra non poteſt præſentare.*
13 *Compromiſſarij ſi præſentent indignum, & compromittẽtes ratificẽt, perdunt ius.*
14 *Compromittentes eligunt, ſi electus à compromiſſarijs renunciet.*
15 *Præſentatio ſub quauis conditione fieri poteſt, dummodo purificetur infra tempus datum ad præſentandum.*
16 *Patronus eccleſiaſticus poteſt duos ſub conditione præſentare.*

1 PAtroni † dicuntur proprie præſentare Rectorem

rem ad vacantem eccleſiam. cap. quod autem. ibi præſentatus, & ibi præſentatio. cap. quia clerici. ibi præſententur. cap. illud. ibi, ad præſentationem. ca. cum laici. ibi, ad eorum præſentationem. & in cap. conſultationibus. ibi, ad præſentationem. & ibi, tempore præſentationis. & alibi in titulo de iurepatronatus.

2 Igitur † impropriè, & abuſiuè eligere dicuntur: nec ſufficit patronis poſt vacationem cogitare ſuper nominatione præſentandi; ſed neceſſe eſt actualiter eum præſentare.

3 Forma † autem huiuſmodi præſentationis erit comparere coram Superiore, vel alio habente ius inſtituendi, vna cum præſentando duobus teſtibus & notario, dicendo.

Coram Domino &c. Comparet Raynutius patronus eccleſiæ S. Bartholomæi vacantis per obitum presbyteri Antonij, vltimi illius Rectoris: & præſentat coram vobis ad dictam Eccleſiam Presbyterum Nicolaum Clericum Piſanum præſentem & acceptãtem, petens dictam præſentationem admitti, dictumque præſentatum inſtitui; & prout infra formam præſentationis afferemus. De qua praxi vide Abbatem in cap. vlt. de iurepatron. & Lambertinum de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 3. art. 1. n. 5.

4 Quod ſi ignoranter † patronus coram Superiore, & præſente præſentãdo diceret hæc verba, Volo præſentare vobis talem pro Rectore, &c. quia tunc cùm facto fiat præſentatio, debet intelligi, ideſt Præſento, cum adſint requiſita in præſentatione, ſcilicet perſona præſentantis, præſentia præſentati, & habentis inſtituere, vt per Lapum alleg. 75. Lambertin. vbi ſup. art. 2. & art. 11. niſi præſentandus eſſet notus, vt ſupra dictum eſt. Eadem

5 ratione † dicendum eſt, ſi adſint tres illæ perſonæ requiſitæ in præſentatione, & dicat patronus, Præſento vobis ad talem eccleſiam; & non dicat quem: vel dicat, Præſento Titium; & non dicat cui, cenſetur nihilominus facta præſentatio, vt per Lambertin. vbi

6 ſup. art. 3. Idem eſt † ſi præſentet Titium clericum præſentem, cum alijs requiſitis, non addito alio cognomine di-

di&#x2;cti Titij, dummodo conſtet de quo præſentans ſenſerit. Lambertinus vbi ſup. art. 4.

7 Si autem † patronus dicat, Præſento quem talis præſentabit; nulla eſt præſentatio, niſi ſecuta præſentatione illius talis. Vnde per illa verba potius ordinatur, & conſtituitur procurator ad præſentandum; quod vacante ecclesia fieri poteſt. cap. vlt. de conceſſ. præbend. argumentando à contrario ſenſu.

8 Quamuis non † valeat electio, ſi dicatur, Eligo quem voluerit Decanus. cap. in electionibus. vbi gloſſ. in verb. incerta. de elect. lib. 6. Poteſt tamen fieri electio ſub conditione, ſi talis non obtinebit. gloſ. vlt. in cap. cum terra; & ibi Doctores, de elect. vel cum conſilio certæ perſonæ. per text. in cap. cum inter il terzo, de elect. vide Lambertin. vbi ſupra art. 5.

9 Adnotandum † eſt etiam, quod patroni poſſunt ad vacantem eccleſiam plures præſentare, ea lege, vt vnus ex eis ab Epiſcopo eligendus inſtituatur. ita habetur in Clement. plures in verſ. quibus etiam, de iurepatronat. quod procedit in omnibus patronis tam clericis, quã laicis, dummodo eis non competat iuſpatronatus iure vniuerſali puta Collegij, vel Vniuerſitatis, quod declara, vt per Lambertin. vbi ſupra art. 6. & 8. vbi ſi iuſpatronatus pertineat ad Collegium, & media pars præ-

10 ſentet † vnum, altera alterum. valet vtraque præſentatio, & erunt attendenda maiora me-

11 rita præſentatorum. Patroni † poſſunt inſuper compromittere in certas perſonas poteſtatem præſentandi, & poſſunt eligere aliquos, à quibus eligantur compromiſſarij, qui poſtea præſentent illum, qui eis placuerit, & ſic à principio poſſunt eſſe compromiſſarij incerti, certificandi tamen per eos, quibus eſt data poteſtas eos eligendi. ita eſt text. in cap. in cauſis. vbi Abb. & Doctor. de elect. Lapus allegat. 78. num. 5. Lambertin.

12 vbi ſupra art. 7. & in caſu † talis compromiſſi, re non integra patronus non poteſt præſentare. Doctor. in dicto cap. in cauſis: & ſi compromiſſarij non præſentẽt debito tempore, ſit deuolutio ad ſuperiorem. cap. ſi compromiſſarius. de

de elect. lib. 6. Et ſi compro-
13 miſſarij † præſentent indignũ, & compromittentes ratam habuerint præſentationem, amittunt pro illa uice ius præſentandi. dicto cap. ſi compromiſſarius. §. ſi vero eligat.
14 Et † ſicut electo à compromiſſarijs renunciante eligunt compromittentes dicto §. ſi vero eligit; ita renunciante præſentato, vt per Lambert. vbi ſupra dicto art. 7.
15 Poteſt etiam fieri † præſentatio ſub conditione incerta, dubia, & obſcura, dummodo talis conditio infra tempus datum ad præſentandum purificetur, incertitudo certificetur, & obſcuritas fiat clara. ad text. in dicta Clement. plures. de iurepatronatus. quod procedit etiam in patrono eccleſiaſtico. Nec obſtat, quod præſentatio eccleſiaſtici habeat vim electionis, quia, vt dicit Rocch. de Curte. de iurepatronat. verbo honorificum. q. 9. num. 34. illud procedit quo ad hoc, ne patronus eccleſiaſticus variare poſſit, ſicut nec electores variant, non autem quo
16 ad reliqua. Poteſt † tamen eccleſiaſticus præſentare duos ſub conditione, & ſucceſſiue pro eius ſecuritate, vt euitet lapſum temporis, puta præſento Stephanum, qui ſi fuerit indignus, vel non idoneus præſento Laurentium. de quo per Lambertin. vbi ſupra artic. 9.

CAPVT SEPTIMVM.

Ponitur forma præſentationis.

SVMMARIVM.

1 *Forma præſentationis.*
2 *Edicti forma ponitur infra.*
3 *Scriptura in præſentatione non eſt de ſubſtantia.*
4 *Cautela eſt etiam in præſentatione ſcripturam adhibere.*

For-

1 FOrma nunc† ponitur præſentationis faciẽdæ, vt de praxi conſtet. quam ponit, & declarat Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quęſt. 3. ar. 11. quæ eſt huiuſmodi.

Iacobus Gallettus laicus nobilis Piſanus, patronus, ſeu in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, ſeu iuris præſentandi exiſtens parochialis Eccleſię ſancti Petri ad hiſchiam Piſarum vacantis per obitum venerabilis presbyteri Sigiſmundi de Nobilibus vltimi, & immediati Rectoris illius extra Romanam Curram defuncti, & infra quadrimeſtre à iure patronis laicis conceſſum conſtitutus coram vobis admodum Reuerendo Domino N. Vicario Generali Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Archiepiſcopi Piſani, cõfidens de bonis moribus, & idoneitate Venerabilis presbyteri Torpetis de Gaddis ſacerdotis Piſani, eumdem Torpetem coram vobis præſentat ad regimen, curam, & adminiſtrationem prædictæ Eccleſiæ ſancti Petri, ſacerdotem litteratum, & idoneum ad dictum beneficium aſſequendum, præſentem, coram vobis exiſtentem, & acceptantem; Petens dictam præſentationem admitti, dictumq; ſic præſentatum ad dictam eccleſiam inſtitui omni meliori modo.

Quo facto D. Vicarius de ſtylo dicit, viſis, & auditis prædictis prædictam præſentationem admiſit ſi & in quantum & ſucceſſiue commiſit fieri edictum in forma, præſentibus duobus teſtibus, & notario, qui ſe roget de prædictis, & omnia apud acta Curiæ reponat; cuius edicti for-
2 ma † ponitur in cap. vlt. de elect. lib. 6. & ponitur in libro ſequenti cap. 2. in qua præſentatione de neceſſitate,
3 & de † ſubſtantia non requiritur ſcriptura, nam gloſſ. in cap. 1. §. poſtquam autem in verbo in ſcriptis de cenſib. lib. 6. enumerat caſus in quibus de ſubſtantia requiritur ſcriptura, & non enumerat
4 iſtum; bene tamen † eſt ad cautelam adhibere ſuper hoc actu ſcripturam, maxime pro probanda quaſi poſſeſſione. & de hoc Lambertin. vbi ſupra art. 12. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 3. Et in fine dictæ præſentationis Cancel-

cellarius Curiæ Archiepiſcopalis ponit diem, in qua dicta præſentatio fuit facta, & admiſſa cum duobus teſtibus, & commiſſio edicti.

CAPVT OCTAVVM.

Præſentatio fieri debet coram habente inſtituere, & præſentatus debet præſentationem acceptare.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio fit coram habente inſtituere.*

2 *Patronus ſi per epiſtolam præſentet, epiſtola intra debitum tempus eſt exhibenda.*

3 *Præſentatus ſi intra debitum tempus deferat inſtrumentum habenti inſtituere, valet præſentatio.*

4 *Sede vacante præſentatio fit coram Capitulo.*

5 *Laicus non poteſt eccleſiam conferre.*

6 *Eccleſia patronata in confinibus duarum diœceſum erit communis Epiſcopis illarum.*

7 *Quamuis alij dicant ſpectare ad Epiſcopum, in cuius Diœceſi eſt caput eccleſiæ.*

8 *Alij aſſerunt illius Epiſcopi eſſe, in cuius Diœceſi eſt porta eccleſiæ.*

9 *Præuentioni eſt locus, quando inſtituendi poteſtas eſt pœnes duos in ſolidum.*

10 *Præſentatio ſi fieri debeat cum conſenſu alicuius, conſentire debens præſens erit.*

11 *Præſentatus debet acceptare præſentationem, & Præſentatio facta de præſente, & tacente valet.*

12 *Abſens notus præſentatus debet intra debitum tempus conſentire, & acceptare.*

13 *Præſentationis acceptatio fieri debet intra debitum tempus.*

14 *Præſentatus non poteſt cogi ad præſentationẽ acceptandã.*

15 *Præſentatus poſt præſentationem poteſt patrono gratias agere.*

16 *Cle-*

16 *Clericus poteſt precari patronum pro beneficio obtinẽdo.*

17 *Beneficio de accepto tenetur quis gratias agere. Ingratitudo vitium peſſimum.*

18 *Præſentatus poſt præſentationem dans aliquid patrono, quando non committat ſimoniam.*

19 *Præſentatus non poteſt imponere cenſum eccleſiæ patrono ſoluendum.*

20 *Fructus præſentationis sũt quia ordinarius non poteſt inſtituere ſine præſentatione.*

21 *Præſentatio acquirit præſentanti ius præſentandi.*

22 *Præſentatio reuocat ordinationem ordinarij.*

23 *Præſentatus habet ius petendæ inſtitutionis.*

1 PRæſentatio † de neceſsitate debet fieri coram habente inſtituere, & vera eſt præſentatio, quando perſona præſentati ſenſibus corporeis exhibetur coram habente inſtituere. cap. ea noſcitur, ibi ipſis Diœceſanis præſentauit, vbi Abb. de his, quæ fiunt à Præl. Abb. & alij in cap. vlt. de iurepatronat. Et ſi patro-
2 nus † præſentet per epiſtolam ad hoc vt valeat præſentatio, debet epiſtola præſentari habenti inſtituere infra tempus datum ad præſentandum. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 4. artic. 2.
3 Et ſi † ipſe præſentatus infra dictum tempus deferat inſtrumentum habenti inſtituere, tenet præſentatio. ita Lapus allegat. 75. num. 6. & Lambertin. vbi ſupra artic. 3. Et
4 quando † præſentatio deberet fieri coram Epiſcopo, ſede Epiſcopali vacãte fiet coram Capitulo, ſecundum Io. And. in cap. nobis. de iurepatron. per text. in cap. 1. de inſtitut.
5 lib. 6. Non poteſt † tamen laicus concedere, ſeu conferre eccleſiam patronatã abſque Epiſcopo, etiam ſtante conſuetudine. Rocch. de Curte de iurepatron. in verbo honorificum. quæſt. 62. num. 98. Abb. in cap. quod autem, in fine, de iurepatronatus: niſi hoc habeat ex priuilegio Papæ, de qua re vide Lambert. vbi ſupra art. 5. Si autem ec-
6 cleſia † patronata ſita ſit in confinibus duarum Diœceſum, erit communis Epiſcopis illarum, ſicuti communis eſt quo ad Parochialiã. gloſſ. vlt. in fine in c. licet in regulis 16. quæſt.

quæſt. 3. ſicuti & arbor in confinio poſita. §. inſula. inſtit. de rer. diuiſ. & ſi Epiſcopi diſcordent, ſuperioris Metropolitani partes erunt ordinare, vt alternis vicibus illi Epiſcopi eccleſiam ordinent. ita eſt text. in Clemen. plures. §. & vt facilius. de iurepatronatus: quamuis alij
7 dicant † illius Epiſcopi prædictam eccleſiam eſſe, in cuius Diœceſi ſitum eſt caput ipſius eccleſiæ, argumento text. in l. cum in diuerſis. ff. de Relig. & ſumpt. fun. Alij
8 putarunt † illius Diœceſis eccleſiam eſſe, in cuius ſolo ſita eſt porta eccleſiæ, argumento text. in l. prædijs. §. qui domum, & quod ibi notat Bart. ff. de legat. 3. De qua re vide Bellencinum in ſuo tract. de charitatiuo ſubſidio quæſt. 52. & Lambert. vbi ſupra art. 6. vbi aiunt patronos rectè præſentare coram vno ex dictis Epiſcopis.
9 Quando autem † apud duos inſolidum eſt poteſtas inſtituẽdi, tunc eſt locus præuentioni, vt per Lambertin. vbi ſupra art. 7. Quod ſi præſen-
10 tatio † ſit facienda cum conſenſu alicuius, requiritur ille, qui debet conſentire cum illo, qui debet præſentare. Lapus dicta allegat. 75. Cardin. in clem. 1. quæſt. 9. de iurepatronatus. Inſuper præ-
11 ſentatus † debet acceptare præſentationem. Calderin. conſil. 17. de iurepatron. Lapus allegat. 8. quando autem quis eſt præſens, & ſinit præſentari, intelligitur conſentire, & acceptare, nec aliud requiritur. Cardin. in capitulo vlt. de iurepatron. col. vlt.
12 Vbi autem † permittitur, quod abſens notus præſentetur, tunc expreſſe infra tempus datum ad præſentandum debet conſentire, & acceptare præſentationem. Rocch. de Curte. de iurepatron, in verbo honorificum. quæſt. 36. Lambertin. vbi ſupra libro 2. parte 2. quæſt. 5. artic. 1. Et
13 ſic acceptatio † præſentati fieri debet intra ſemeſtre, vel quadrimeſtre datum ad præſentandum. Cardin. in dicto cap. vlt. colum. vlt. etiamſi patronus ſit clericus, vel laicus, cum in tali præſentatione non habeat locum text. in cap. quam ſit. in

princip. de elect. lib. 6. ita
Abb. in conſil. 75. parte 2.
& Lambertin vbi ſupra arti-
14 culo 2. num. 4. ſed non † po-
teſt cogi præſentatus ad ac-
ceptandum præſentationem;
Nam beneficium non confer-
tur in inuitum. cap. benefi-
cium. de regul. iur. libro 6.
tex. autem in capit. vt quis
duas. de elect. lib. 6. habet
locum in præſentato per pa-
tronos habentes ius præſen-
tandi iure vniuerſali, ſecus ſi
ſint patroni iure ſingulari,
& vnuſquiſque pro iure ſuo,
vt per Lambertin. vbi ſupra
artic. 3. in fine.

15 Poteſt etiam† præſentatus
abſque labe ſimoniæ poſt prę
ſentationem agere gratias
præſentanti, cum poſſit, &
16 quod plus eſt, preces † offer-
re patrono pro beneficio ob-
tinendo: de quibus precibus
tractat Abb. in cap. per in-
quiſitionem. colum. 2. de
17 elect. Immo tenetur † quis
de accepto beneficio gratias
referre; eſt enim ingratus,
qui non reddit, vel diſſimu-
lat; omnium ingratiſſimus,
qui obliuiſcitur, immo, vt
alius dixit, immemores bene-
ficij omnes oderunt: etenim
ingratitudo eſt ventus vrens,
ſiccans fontes pietatis, &
fluenta gratiæ. Sanct. Ber-
nard. in ſermone 2. de con-
temptu Mundi. vide de hoc
Lambertin. vbi ſupra artic. 5.
18 Si autem † poſt præſentatio-
nem præſentatus abſque ali-
quo pacto, ſed ex mera libe-
ralitate det aliquid tempora-
le ipſi patrono, non commit-
titur ſimonia; dummodo non
habuerint mentem corrup-
tam. argumento eorum, quæ
dicuntur per Abb. & Doct.
in cap. & ſi quæſtiones. de
ſimonia. & in hoc conſide-
rari debet qualitas dantis,
recipientis, & muneris. Si
19 autem† præſentatus impone-
ret cenſum Eccleſiæ ſoluen-
dum patrono, debet puniri
pœna arbitraria, & ſi ante
præſentationem dictum cen-
ſum promiſit, eſt ſimoniacus,
vt per Doctor. in cap. grauis.
de cenſibus.

20 Fructus autem† præſenta-
tionis ſunt iſti. Primus, ſine
præſentatione Ordinarius nō
poteſt quem inſtituere ad Ec-
cleſiam patronatam. Secun-
21 dus, præſentatio † acquirit
præ-

præſentanti ius præſentandi. cap. conſultationibus. de iurepatronatus. Tertius, præ-
2 ſentatio † reuocat ordinationem factam ab Ordinario ſine præſentatione. Quartus,
3 quia † præſentatus habet ius petendæ inſtitutionis ab Ordinario; de quibus vide Lambertin. vbi ſupra art. 7.

CAPVT NONVM.

Præſentatus habet ius ad rem, non in re.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus habet ius ad rem, non in re.*

2 *Si acceptauit præſentationem.*

3 *Per præſentationem non contrahitur matrimonium de præſenti inter præſentatum, & Eccleſiam.*

4 *Præſentatus per inſtitutionem acquirit ius in re.*

5 *Præſentandi facultas vtilior videtur, quam facultas inſtituendi.*

6 *Præſentatus ante inſtitutionem ſe ingerens in recollectione fructuum, cadit à iure ſuo, & collitiganti datur.*

7 *Quod procedit ſi adminiſtret in ſpiritualibus, vel temporalibus.*

8 *Et id procedit etiam ſecuta inſtitutione, à qua fuit appellatum.*

9 *Concil. Tridentin. ſeſſione vigeſimaſecunda de reform. capitulo vndecimo, vbi vſurpans fructus beneficij, ſi ſit patronus perdit iuſpatronatus.*

1 PRæſentatus à † patronis laicis, vel clericis habet ius ad rem, non in re. Cardin. Seraphin. deciſione 1238. num. 4. Abb. in capitulo cum Bertoldus. oppoſit. 2. de re iudic. & ibi Felin. colum. 1. & 2. vbi de-

 clarat

clarat quid ſit ius ad rem, vel ius in re. Quod eſt verum,
2 † ſi præſentatus acceptauit ipſam præſentationem. Calderin. conſil. 17. de iurepatronatus. etiamſi præſentatio non fuerit admiſſa ab eo, cui facta eſt, vt per Lambertin. de iurepatronatus. libro 2. parte 2. quæſt. 5. artic. 8. num. 4. & vndecimo.
3 Et ideo per † præſentationem non contrahitur matrimonium inter præſentatum, & eccleſiam de præſenti; ſed de futuro, cum per eam tribuatur ius ad rem. Lapus allegat. octaua in principio. & allegat. 75. numero 4. & Calderin. conſil. 9. de iurepatronat. & per Lambertin. vbi ſupra articulo 9.
4 Et ideo per † inſtitutionem præſentatus acquirit ius in re, & maius ius conſequitur ab inſtituente, quam à patrono, & pinguius habet Epiſcopus in beneficio, quã patronus. Abb. in cap. in Lateranenſi. de præbendis. Rota Roman. de iurepatronatus in nouis. deciſ. vndecima, num. 2. Felin. in capitulo cum venerabilis. colum. 12. in fine, de exception. vbi ait, ſi ſibi daretur optio, magis
5 eligeret facultatem † præſentandi, quam inſtituendi, quia patronus, prout vult prouidet eccleſiæ, & ſine præſentatione non poteſt dari inſtitutio in beneficijs iuriſpatronatus regulariter, niſi ſit derogatum per Summum Pontificem. Et ideo præſen-
6 tatus † ante inſtitutionem ingerens ſe in recollectione fructuum beneficij, ad quod fuit præſentatus, vel in dicti beneficij adminiſtratione, cadit à iure ſuo, & ſi lis ſit cum eo, collitigãti tribuitur. clemen. vnica. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Rebuff. in ſua praxi beneficiaria. titulo de ſubrogationibus. num. 8. Mandoſius in verbo, priuationes. folio 35. Quaranta in ſumma Bullarij, in verbo beneficiorum poſſeſſio. fol. 97 & late Creſcentius deciſ. 6. de iurepatronatus. Rot. Roman. qui omnes concludunt text. in cap. auaritiæ. de electio. lib. 6. habere locum in omnibus beneficijs. Quod
7 procedit † ſi præſentatus adminiſtret in temporalibus,

vel

vel ſpiritualibus, per ſe, vel per mediatas perſonas in totum, vel in partem: is enim ſemper amittit ius petendi inſtitutionem ipſo iure, vt per Lambertin. vbi ſupra articulo
8 vndecimo. Quod † procedit etiam ſecuta inſtitutione, à qua fuit appellatum, & per appellationem fuit impedita poſſeſſio, vt per eundem Lambertin. vbi ſupra articulo 12. Hodie autem contra vſurpantes fructus beneficiorum, vel aliorum locorum piorum, adeſt † Decretum
9 Concil. Tridentin. ſeſſ. 22. de reformat. capitulo vndecimo, quod ſi vſurpans eiuſdem Eccleſiæ patronus fuerit, perdit iuſpatronatus ipſo iure.

FINIS LIBRI OCTAVI.

LIBER NONVS,

Continet quid agendum ſit ab habente inſtituere, coram quo fit præſentatio.

CAPVT PRIMVM.

Præſentatio quomodo admittenda ſit ab habente inſtituere.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio acceptari debet à ſuperiore ſi & in quantum.*

2 *Præſentatione facta fit citatio per edictũ, vel ſpecialis.*

3 *Clauſula, ſi & in quantum, quid importet.*

4 *Edictũ fit nomine illius, corã quo fuit facta præſentatio.*

5 *Edictum non fit quando Epiſcopus confert.*

6 *Edictum fit in omnibus beneficijs, & dignitatibus.*

7 *Capitulum Piſanum facta præſentatione ſemper ponit edictum.*

8 *Edictum apponitur in territorio habentis inſtituere, vel alieno cum licentia.*

9 *Edictum eſt neceſſarium, nec poteſt omitti.*

10 *Edicta tot fiunt, quot ſunt præſentationes.*

11 *Præſentati primo debent ſpeciali citatione citari.*

12 *Aduerſarius certus debet nominatim citari.*

13 *Coelectus certus, ſpeciali citatione citandus eſt.*

14 *Inſtitutio eſt nulla ſi facta ſit elapſo termino edicti, & certus præſentatus non fuit ſpecialiter citatus.*

15 *Forma dat eſſe rei.*

16 *Præſentatus non citatus cõ-*

pa-

parens actum validat.

17 *Certi ſunt, quorum certitudo nota erat ante edictum.*

18 *Inſtitutio valet etiam præſentato non citato, qui ius non habeat.*

19 *Citatio nō requiritur, quando clare conſtat de non iure oppoſitoris.*

20 *Vel quando fit prouiſio à Sede Apoſtolica.*

21 *Edictum omitti poteſt ſtante legitima conſuetudine.*

22 *Electus etiamſi electioni non conſenſerit citandus eſt.*

23 *Inſtitutio eſt nulla, ſi aliqui ſint citati, alij non.*

24 *Citatio trina quando non fit, fieri debet vnica cum peremptorio.*

SVperior, coram quo fit præſentatio, debet præſentationem acceptare non ſimpliciter, ſed cum adie-
1 ctione † ſi & in quantum, ſcilicet ſi & in quantum de iure admitti debeat, & præſentanti ius competat, & præſentato nihil obijciatur; &
2 ideo ſequetur † citatio particularis, vel per edictum. ad text. in capitulo vltimo. de electio. libro 6. vbi gloſſ. 2. in fine dicit illum text. procedere etiam in præſentatione. & ita ſeruatur in prax. Rocch. de Curte. de iure patr. in verbo honorificum. q. 38. num. 69. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. q. 6. artic. 2. quæ clauſula, ſi & in
3 quantum † importat admiſſionem in his, quæ ſunt admittenda, & nihil ponit in eſſe; & pendet à futuro euentu, & conditionalem diſpoſitionem reddit, & alios effectus parit, vt per Doct. Martam in tract. de clauſulis par. prima, clauſula 152. ſi & in quantum, & clauſula 362. ſi & in quantum.

4 Edictum † autem fit nomine illius, coram quo eſt facta præſentatio, & in eo fit mentio eccleſiæ vacantis, patroni præſentātis, & clerici præſentati; idemq; edictum affigitur ianuis vacantis eccleſiæ, & eccleſiæ cathedralis cum termino peremptorio nouem, vel trium dierum, ad dicendum, & opponendum &c. & ita de ſtylo ſeruatur. Tex. autem in dicto cap. vlt. de elect. lib. 6. non debet
5 ſeruari † in collatione, vt ibidem dicit gloſ. vlt. Io. And. & Archidiac. Neq; in proui-

ſionibus, quæ fiunt in Curia
Romana per Sedem Apoſto-
licam. Doctores in cap. nihil
de elect. Lambertin. vbi ſup.
art.3. Et textus in d. cap.vlt.
debet ſeruari in dignitatibus,
& in omnibus beneficijs va-
6 cantibus † à quocumque ha-
bente ius inſtituendi, ſiue
Epiſcopo, ſiue alio Inferiore.
Lambert. vbi ſup. art.4. & 5.
7 Et ita † ſeruat Capitulum Pi-
ſanum, coram quo multæ fiũt
præſentationes, quæ admit-
tuntur more ſolito, cum edi-
cti appoſitione: quod edictum
8 vel citatio † apponi poteſt in
territorio habentis inſtituere,
vel in alieno, obtenta licentia
à Superiore loci. Oldradus
conſil. 88. de quo vide Lam-
bertinum vbi ſup. artic.7. Et
9 appoſitio † talis edicti non
poteſt omitti; ſed ſemper eſt
neceſſaria, ſiue adſit diſcor-
dia, ſeu concordia patrono-
rum, vt habetur in dict. tex.
cap.vlt. de elect. lib 6. in fin.
qui dicit, quod etiamſi ele-
ctio in concordia celebrata
fuerit, volumus obſeruari: &
declarat Lambertin. vbi ſup.
10 artic. 8. Si verò † plures ſint
compræſentati, tot debent fie
ri edicta, quot ſunt præſenta-
ti:. & ita in praxi ſeruatur.
11 Benè verum eſt, quod † illi,
qui primò fuerunt præſenta-
ti, & pro quibus præſentatis
fuerunt affixa edicta, debent
citari citatione particulari.
Ioan. Andr. & Domin. de
ſancto Gemin. in d. cap. vlt.
de elect. lib. 6. & Lambertin.
12 vbi ſupra art.9. Et ratio † eſt,
quia vbi eſt certus aduerſa-
rius, debet nominatim citari:
& vbi eſt vel eſſe poteſt incer-
tus, debet fieri citatio gene-
ralis per edictum. Card. in
cap. ex tuæ. de cleric. non
reſid. Lambertinus vbi ſupra
art.10. n.1. 2. & 3. & ita di-
cit textus in dicto cap. vlt.
13 Coelectum † certum, vel op-
poſitorem omnino eſſe citan-
dum citatione ſpeciali, certa,
& actuali: & ideo non ſufficit
generalis citatio per edictũ.
14 Nec † ſufficit factum fuiſſe
mandatum de citando: quod
ſi eo caſu facta generali cita-
tione per edictum dumtaxat
ad inſtitutionem procedere-
tur, inſtitutio ipſo iure eſſet
nulla, tanquam facta contra
formam dicti cap. vlt. vbi ha-
betur, talem actum iuribus
omnibus carere: quibus ver-
bis demonſtratur, quod actus
con-

contra dictam diſpoſitionem factus, eſt ipſo iure nullus. Domin. de ſancto Gemin. in cap. ex eo. colum. 1. de elect. lib. 6. Lambertinus vbi ſupra
15 art. 12. Forma † enim eſt illa, quæ dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſi quis. ff. ad exhibend. & qua deficiente actus corruit: proceſſus tamẽ factus quoad alia remanet validus. Lambertinus vbi ſup. art. 16. & 17.
16 Si tamen † abſque citatione particulari compareat compræſentatus, conrradicens audietur, & valebit actus: quando enim quis eſt citandus, ſi compareat ad Iudicium abſque citatione, & reſpondeat,
17 valet actus. Et † certi dicuntur illi, quorum certitudo erat nota ante edicti appoſitionẽ: de quo vide latè Lambertin.
18 vbi ſupra art. 11. Quod † ſi clarè conſtet compræſentatũ, ſeu oppoſitorem ius non habere, valida etiam erit inſtitutio, illo non vocato: & ita in hoc caſu non procedit tex. in dicto cap. vlt. de elect. lib. 6
19 Qui limitatur, vt non † requiratur citatio, quando conſtat de non iure oppoſitoris per alicuius rei diſpoſitionem.
20 Item limitatur, † quando prouiſio fit à Sede Apoſtolica ex plenitudine poteſtatis. Lã-bertinus vbi ſupra artic. 13.
21 Et quod † ſtante conſuetudine legitima poſſit omitti tale edictum, ponit Lambertinus vbi ſupra art. 14. Et in caſu dicti cap. vltimi, ſcien-
22 dum eſt, quod vocari † debet electus, etiamſi electioni non conſenſerit: ſecus in præſentato, qui non debet citari, niſi præſentationem acceptauerit. Lambertinus vbi ſupra artic. 15. Tunc enim electus habet ius in re; ſed præſentatus, ante acceptationem nullum ius habet in re: & ſine citatione poteſt Superior non confirmare, ſed caſſare præſentationem. Ioan. And. in dicto cap. vlt. ex quo videt præſentationem non eſſe canonicam, vt per Lambertinum vbi ſupra art. 18. Ve-
23 rum † ſi neceſſarium eſſet plures citari, & aliqui fuerunt citati, alij non, vitiatur, & eſt nulla inſtitutio in totum, tam quoad vocatos, quam quoad non vocatos. Ioann. Andr. in dicto cap. vltimo; dummodo verum eſſet, quod non vocati habeant aliquod ius. Lambertinus vbi ſupra art. 20.

24 art. 20. Et † quando non fit trina citatio, debet fieri citatio vnica, appoſito peremptorio, ſecundum tex. in dicto cap. vlt. vbi Ioan. Andr. ſecus quando fit trina citatio. per tex. in l. tres denunciationes. C. Quomodo, & quando Iud. Vide Innoc. in cap. ad petitionem. de accuſat. Oldrad. conſ. 3. & Lambertin. vbi ſup. art. 21.

CAPVT SECVNDVM.

Ponitur forma edicti continentis præſentationem.

SVMMARIVM.

1 *Edicti forma facta præſentatione.*
2 *Edicti forma in praxi.*
3 *Edictum vbi ſit affigendum.*
4 *Edictum debet remanere affixum, durante termino in eo contento.*
5 *Inſtitutio facta ante lapſum termini in edicto appoſita nulla eſt.*

FActa præſentatione apponi debet edictum, cu
1 ius † forma ponitur, & declaratur à Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 2. quæſt. 6. art. 22. & ideo in praxi forma edicti erit tenoris infraſcripti videlicet,

2 N. Illuſtriſſimi, & † Reuerendiſſimi D. D. Archiepiſcopi Piſani, Inſularum Corſicę, & Sardineæ Primatis, & in eis Legati nati in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius, & Locumtenens generalis. Vniuerſis, & ſingulis hoc præſens edictum inſpecturis, viſuris, & audituris pariter, & lecturis, ſalutem in Domino. Vacante nouiter parochiali eccleſia ſancti Petri ad Iſchiã Piſarum per mortem Presbyteri Sigiſmundi de Nobilibus vltimi, & immediati Rectoris eiuſdem, comparuit coram nobis Iacobus Gallettus laicus nobilis Piſanus aſſerens ſe patronum, & habere iuſpatronatus, ſeu eſſe in quaſi poſſeſſione ipſius, & iuris præſentandi

tandi Rectorem ad dictam ecclesiam, cum illa vacare contigerit: & ſic præſentauit nobis venerabilem virum Presbyterum Torpetem de Gaddis clericum, & ciuem Piſanum in Rectorem dictæ eccleſiæ, petens illum à nobis inſtitui. Nos dictam præſentationem ſic coram nobis factam de dicto Presbytero Torpete infra tempus à iure patronis laicis datum ad præſentandum, de prædictis veram notitiam non habentes admiſimus ſi & in quantum. Quare tenore præſentis edicti noſtri requirimus, & monemus omnes & ſingulos aliquod ius, vt præſentantes, vel vt præſentati prætendẽtes in prædictis, vel contra dictam præſentationem, ſeu perſonam præſentantis, ſeu præſentati opponere volentes, & quomodolibet ſua intereſſe putantes, quatenus infra terminum dierum nouem, quorum tres pro primo, tres pro ſecundo, & reliquos tres pro tertio, & vltimo peremptorio termino eis, & cuilibet ipſorum aſſignamus comparere debeant coram nobis ad dicendum, opponendum, & allegandum, quicquid dicere, opponere, vel allegare voluerint, quare non debeat procedi ad petitam inſtitutionem vigore dictæ præſentationis coram nobis factæ: alioquin dicto termino elapſo, & aliquo non comparente, & legitime ſe non opponente procedetur per nos iuribus præſentantium, & præſentati valentibus, & ipſius præſentati meritis requirentibus ad eius inſtitutionem, prout iuris fuerit: non obſtante, quod de tempore dato à iure ad præſentandum ſuperſit: vt de præmiſſis nullus ignorantiam allegare poſſit, hoc præſens publicum, & generale edictum per infraſcriptum noſtrum Cancellarium deſcribi fecimus, & ſigillo noſtro muniuimus, & per talem nũcium noſtræ Curiæ ad valuas eccleſiæ Metropolitanæ Piſarum, & dictæ Eccleſiæ ſancti Petri ad Iſchiam affigi fecimus à nemine auferendum ſub excommunicationis pœna, niſi per eundem noſtrum nuncium. Datum Piſis in Archiepiſcopali Palatio die 26. Septembris 1609. ſtylo Piſano. Paulo Quinto Pontifice

Ma-

Maximo,& Sereniſsimo Coſmo Medices Magno Hetruriæ Duce Quarto dominante, addita ſubſcriptione Cancellarij Curiæ Archiepiſcopalis.

3 Vbi autem † tale edictum affigi debeat, variæ ſunt opiniones relatæ à Lambertin. vbi ſupra articulo 23. ſed ea ſeruatur, vt affigatur ad valuas Cathedralis, & Eccleſiæ vacantis: & ita de ſtylo ſeruatur Piſis. Quod edictum debet affigi, & leuari per nuncium, qui in actis Notario referat ſe ea impleuiſſe. Lambertin. vbi ſupra

4 artic. 24. Quod † edictum debet remanere affixum, durante termino in eo contento. clemen. 1. vbi gloſſ. de

5 iudic. & ſi fiat † inſtitutio ante lapſum termini poſiti in edicto nulla eſt; ſed ſi poſtea nullus compareat contradictor, & terminus tranſeat, validatur inſtitutio, prout ex nunc, non prout ex tunc. vide Lambertin. vbi ſupra articulo 25.

CAPVT TERTIVM.

Nunquid lapſus peremptorij in edicto appoſiti excludat non comparentem intra dictum terminum.

SVMMARIVM.

1 *Peremptorij edicti lapſus excludit non comparentem.*

2 *Peremptorium dicitur quia perimit diſceptationes.*

3 *Comparens poſt edictum dicens ſe ignoraſſe, vel impeditum re integra auditur.*

4 *Præſentatione facta à malæ fidei poſſeſſore, affixo edicto, & ſecuta inſtitutione, verus patronus non auditur.*

5 *Inſtituere habens ex officio tenetur cognoſcere de iuribus præſentantium.*

1 LApſus edicti † peremptorij, de quo in cap. vltimo

vltimo de elect. lib. 6. excludit non comparentem intra illius edicti terminum, adeo ut poſtea nullatenus ſit audiendus. Vide Oldrad. conſil. 3. Ex eo enim † dicitur
2 peremptorium, quia perimit diſceptationes, id eſt non patitur vltra aduerſarium tergiuerſari. l. ad peremptorium ff. de iudic. facit tex. in cap. cum dilecti. de dolo, & contum. & gloſ. in dicto c. vlt. in verbo, peremptorio; ex officio tamen poteſt Iudex de omnibus cognoſcere. Si vero talis † non comparuit, quia
3 edictum vere ignorauit, vel vere fuit impeditus, tunc eo caſu audiri debet, ſi res ſit integra, quia adhuc non ſit ſequuta inſtitutio. Oldrad. vbi ſupra. Lamber. de iurepatronat. lib. 2. part. 2. quæſt. 6.
4 artic. 26. Quod ſi † præſentatio facta fuerit à malæ fidei poſſeſſore, & factum ſit edictum in forma, & ſequuta ſit inſtitutio, ſi poſtea compareat verus patronus petens reuocari inſtitutionem, non debet audiri. Rocch. de Curte de iurepatronat. in verbo competens alicui. quæſt. 22. col. 1. Lambertin. vbi ſupra art. 27. Et ſecundum tenorem dicti
5 cap. vltimi debet ſuperior † ſaltem ex officio, ante inſtitutionem præmittere diſcuſſionem præſentationis, ſeu electionis: quæ diſcuſſio eſt de ſubſtantia, vt conſtet de iuribus præſentantium, & meritis præſentati. & ita loquitur text. in dicto cap. vltimo. vbi Ioann. Andr. Domin. & alij, & declarat Lambertin. vbi ſupra art. 28.

FINIS LIBRI NONI.

LIBER DECIMVS,

In quo continetur materia variationis in præſentando.

CAPVT PRIMVM.

Patronus laicus poteſt variare, & plures ſucceſſiue præſentare, non autem patronus eccleſiaſticus.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus poteſt variare, & plures præſentare.*

2 *Patronus eccleſiaſticus variare non poteſt.*

3 *Ratio diuerſitatis.*

4 *Ratio alia diuerſitatis.*

5 *Laici habent quadrimeſtre, eccleſiaſtici ſemeſtre ad præſentandum.*

6 *Variatio fit etiam in poſtulatione.*

7 *Patroni laici poſſunt variare, etiam publicato ſcrutinio.*

8 *Eccleſiaſticus patronus variare poteſt, quando præſentatio non fuit perfecta.*

9 *Idem eſt ſi præſentatio fuit facta coram non habente ius inſtituendi.*

10 *Patronus ſi nulliter præſentauit ratione Collegij Eccleſiaſtici variare poteſt.*

11 *Concil. Triden. ſeſſione 24. de reform. cap. 18. vbi de parochialis Eccleſiæ prouiſione.*

12 *Parochialis Eccleſiæ collatio ſi ad inferiorem ſpectet, inferior debet præuenire Superiorem, vt edictum pro concurſu apponat.*

13 Ca-

13 *Capitulum Piſanum confert quaſdam parochiales ſeruato Concil. Trid.*
14 *Patronus Eccleſiaſticus ſi variet non punitur.*
15 *Præſentatio ſecunda conualeſcit per ceſſionem primi præſentati.*
16 *Procurator laicus patroni Eccleſiaſtici variare non poteſt.*
17 *Beneficium ſi mixtum ſit, & in concordia ſit facta præſentatio, tenet, etiamſi laicus poſtea variet.*
18 *Iuſpatronatus quando eſt mixtum, etiam laicus habet ſemeſtre.*
19 *Patronus Eccleſiaſticus ſi per errorem contulit Eccleſiam, poteſt tamen poſtea præſentare.*

1 PAtronus laicus † poteſt variare, & plures ſucceſſiue præſentare. cap. quod autem, & cap. paſtoralis. de iu-
2 repatronat. Patronus † autem eccleſiaſticus variare non poteſt. cap. cum autem. vbi gloſſ. penult. de iurepatronat. & Doctor. in præcitatis locis, & facit gloſſ. in cap. vnico in verbo eccleſiaſticus. de iurepatronat. lib. 6. & ibi Ioan. Andr. Petr. de Anch. & alij. Abb. in dicto cap. quod autem. Calderin. conſ. 16. de iurepatronat. Rocch. de Curte. de iurepatronat. in verbo honorificum. quæſt. 9. & 10. & latè Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 7.
3 art. 1. Rationes † autem diuerſitatis plures ponuntur à Doctoribus ſupradictis: tu dic rationem eſſe, quia præſentatio eccleſiaſticorum habet vim electionis, in qua electione nō cadit variatio, quia ſtatim electo acquiritur ius in re. cap. publicato. vbi gloſſ. & cap. quod ſicut. de elect. ſed in præſentatione laici ſecus eſt, quia præſentatus tūc tantum acquirit ius ad rem.
4 Item † alia poteſt eſſe ratio, quia clerici facilius, & melius poſſunt inuenire, & noſcere clericos idoneos, quam laici, qui cum ſint extra clericalem militiam, poſſunt titubare, vt per Lambertin. vbi ſupra.
5 Et ex hoc † cum laici poſſint variare, habent tantum quadrimeſtre, Eccleſiaſtici vero, qui variare nequeunt, ſemeſtre.
6 Item eſt † notandum, quod à poſtulatione poteſt variari.

ri. cap. bonæ, il ſecondo, de poſtulat. Prælat. & ibi Abb. num. 12. vide Ioann. And. in in cap. mutare. de regul. iur.
7 lib. 6. & patroni † laici poſſunt variare, ſi procedant per viam ſcrutinij, etiam publicato ſcrutinio. Abb. in dicto cap. publicato. nu. 5. de elect. vide Lambert. vbi ſup. art. 2.
8 Aduertas † tamen, quod ſi actus præſentationis non fuit perfectus, quia deficiat aliqua ex perſonis requiſitis de neceſsitate ad perfectionem præſentationis vel aliud, tunc etiam patronus eccleſiaſticus poterit iterum canonice præſentare, & non dicetur variare. cap. vlt. de iurepatronat. Lambertin. vbi ſupra artic. 3. quia tali caſu non poteſt dici perfecta præſentatio. Eadem
9 ratione † poterit patronus eccleſiaſticus, ſi præſentauit coram eo, qui non habet ius inſtituendi, pręſentare iterum alium habenti ius inſtituendi. Cardin. in Clement. 1. quæſt. 9. de iurepatron. Idem
10 erit ſi patronus † nulliter præſentauit ratione Collegij eccleſiaſtici, tunc enim poterit alium cum Collegio præſentare, vt per Lambertin. vbi
11 ſupra art. 6. Hodie autem † ſecundum diſpoſitionẽ Concil. Trident. Seſſ. 24. de reformat. cap. 18. quando vacat aliqua parochialis eccleſia, cuius iuſpatronatus pertineat ad eccleſiaſticos tam viros, quam mulieres, nulla ſit præſentatio; ſed Epiſcopus ponit edictum per quod inuitantur omnes clerici ad concurſum vacantis eccleſiæ: & peracto examine, Epiſcopus debet eligere magis idoneum, illiq; eccleſiam vacantem conferre. & extat Bulla Pij Quinti ſanctæ memoriæ, quæ incipit, In conferendis, relata à Quaranta in ſumma Bullarij, in verbo beneficiorũ parochialium collatio, tradit Flamin. Pariſ. de reſignatio. benefic. lib. 10. quæſt. 7. in principio, & late lib. 8. quæſt. 9. nu. 77. & ſequentibus. vbi num. 102.
12 dicit quod † ſi eccleſiæ curatæ vacantis collatio ſpectet puta ad Præpoſitum alicuius collegiatæ, debet idem Præpoſitus curare, vt fiat inſtrumentum publicum, in quo ſit dies certus expreſſus, & annus, talis tenoris, quod proteſtatur ſe in ipſa eccleſia vacante conferẽda Ordinarium Epi-

Epiſcopum præuenire, ipſamque conferre illi, quem Epiſcopus magis idoneum elegerit ex ijs, quos examinatores approbauerint, ac ideo ſe Epiſcopo denunciare, vt edicta proponat, & curet, vt examen fiat ſuo tempore. Et
13 ita † vidi ſeruari in Capitulo Piſano, ad quod pertinet collatio quarũdam eccleſiarum Parochialium: præſertim vidi occaſione parochialis eccleſiæ ſancti Apollinaris Cõmunis Barbericinæ prope Vrbem Piſanam, cuius collatio ſpectat ad Capitulum; Nam dicta eccleſia vacante Capitulum committit talem vacationem notificari Ordinario, qui edictum ponit pro concurſu, eoque terminato ille, qui ab Ordinario electus fuit, tanquam magis idoneus, cõparet coram Capitulo, & ab eodem recipit eiuſdem Eccleſiæ collationem, & prouiſionem. Et de praxi circa edictum, & concurſum ad parochialem Eccleſiam conferendam. vide Quarantam vbi
14 ſupra. Verum ſi † eccleſiaſticus patronus primo præſentauerit, & poſtea variando alium præſentauerit, non punitur; nec deuolutio fit ad ſuperiorem, dummodo non præſentauerit indignum; ſed prima prçſentatio attenditur. Lambertin. vbi ſupra. articulo 9. Rocch. de Curte vbi ſupra, in verbo honorificum. quæſt. 9. num. 31. Rot. Roman. deciſ. 16. incip. patronos clericos. de renunciation. in antiquis, quæ ait con
15 ualeſcere † ſecundam præſentationem, quando prima prçſentatio ceſſaret poſtea per renunciationem præſentati; ſi patronus tunc petat dictã ſecundam præſentationem admitti, quia tunc patronus videtur eam de nouo facere: & ideo ceſſante prima præſentatione, poterit de nouo præſentare, ſi duret tempus conceſſum ad præſentandum, & recedere à dicta ſecunda præſentatione facta, dum vigebat prima præſentatio, vt per Lambertin. vbi ſupra artic. 10.

Et ex dicta Deciſ. Rotæ ha
16 bes, quod † ſicut patronus eccleſiaſticus variare non poteſt, ita nec eius procurator, ſeu ceſsionarius ſiue clericus, ſiue laicus. Lambertin. vbi
17 ſupra art. 12. Si autem † be-

neficium habeat duos compatronos, vnum clericum, alium laicum, qui concorditer vnum præſentauerunt, deinde laicus variando alium præſentauit; tunc primo præſentatus eſt inſtituendus. Abbas in dicto. cap. cum autem. num. 4. de iurepatronat. talis enim eſt potior, cum fuerit ab vtroque præſentatus: quod procedit etiamſi illi duo patroni eſſent laici, & in dicto caſu vnus tantum variaret.

18 Quando † autem iuſpatronatus eſt commune clerici, & laici, tunc etiam laicus habet ſemeſtre ad præſentandum, & variare poteſt; ſed eccleſiaſticus variare non poteſt. Abbas, vbi ſupra, & Lambertin.

19 vbi ſupra artic. 13. Si autem † patronus eccleſiaſticus, qui habet tantum iuſpatronatus, eccleſiam vacantē alicui contulerit, & conceſſerit, cum hæc facere non poſsit, poterit tamen hoc non obſtante ad illam alium præſentare, vt habetur in dicto cap. vlt. de iurepatronat.

CAPVT SECVNDVM.

Quando patronus laicus promiſit vnum præſentare, an poſſit variare.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ſi promiſit vnum præſentare, an poſſit ab hoc recedere.*

2 *Promiſſio de præſentando facta ante vacationem beneficij eſt nulla, ſecus ſi poſt vacationem.*

3 *Si promiſſio facta ſit vni, nulla eſt.*

4 *Actus factus contra proprium iuramentum quando valeat.*

1 Patronus † ſi promiſit vnū præſentare, numquid poſſit poſtea variare: hos conſtitue caſus cum Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. ſecunda,

da, quæſt. 7. art. 15.

2 Primus † eſt caſus, quando fuit promiſſio facta per patronum alicui de præſentando quem velit in beneficio ſui iuriſpatronatus, de quo loquitur cap. vlt. de conceſſ. præb. & tunc dicas, quod ſi dicta promiſſio fuit facta, antequam beneficium vacaſſet, cum ſit irrita ipſo iure, ſeruari non debet, vt in dicto cap. vltimo. ſi autem promiſſio fuit facta eccleſia vacante, & tunc patronus non obſtante tali promiſſione poteſt præſentare, vel ſaltem variare ſi eſt laicus: quod ſi iurauerit ſecus eſt, niſi abſoluatur à iuramento ad effectum variandi.

3 Secundus † eſt caſus, quando fuit facta alicui à patrono promiſſio de eo præſentando, & hæc promiſſio eſt nulla, cum ſapiat ſymoniam, videtur enim initum pactum ſuper præſentatione: ſi autem patronus vnum præſentauit, & iurauit non variare, tunc non poteſt variare, quia ſuperior non debet admittere periurum ad præſentandum ne ſuperior ſit auctor periurij. cap. mulieri. de iureiuran. & Lambertin. vbi ſupra art. 16.
4 quamuis alias † valeat actus factus contra proprium iuramentum licet faciens efficiatur periurus. gloſſ. in cap. vlt. verbo reuocatus de procurat. lib. 6. Felin. in cap. cum acceſſiſſent. col. 5. de procurat. Abb. in cap. dilecto. num. 10. & ſeq. vbi Doctor. de præben. Alexand. conſil. 16. num. 3. libro 3.

CAPVT TERTIVM.

Sicut patronus poteſt variare, ita eius procurator, & quomodo fiat variatio.

SVMMARIVM.

1 *Patronus laicus poteſt variare etiamſi eius procurator alium præſentauerit, ita & procurator variare poteſt.*

2 *Factum à procuratore dicitur factum à principali.*
3 *Patronus laicus variare poteſt quomodocumque ſit patronus.*
4 *Collegium laicorum habens iuſpatronatus poteſt variare.*
5 *Præſentatus non poteſt impedire patronum ne variet.*
6 *Patronus poteſt variare vel vnico actu plures præſentando, vel ſucceſſiue.*
7 *Variatio permittitur accumulatiue, non priuatiue.*

1 LAicus patronus † variare poteſt etiãſi eius procurator prius alium præſentauerit, ita etiam eius procurator variare poteſt. Rocch. de Curte de iurepatr. in verbo honorificum. quæſt. 20. Felin. in cap. cum venerabilis. num. 3. de exception. quod
2 enim facit † procurator dicitur fieri ab eius principali. cap. mulieres. de ſenten. excomm. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi arm. quod non procedit, ſi dictus procurator haberet tantum poteſtatem limitatam ad vnum præſentandum. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 7. artic. 17. & quilibet patronus
3 laicus † etiamſi ſit patronus ex priuilegio, vel ex præſcriptione, vel alio modo, variare poteſt: quod declara, vt per Lambertin. vbi ſupra art. 18. Quod procedit etiam ſi iuſ-
4 patronatus pertineat † ad Collegium, vel Vniuerſitatem laicorum, tunc enim poteſt Collegium, ſeu Vniuerſitas vno præſentato variare, & alium præſentare. Nec obſtat text. in cap. cum autem in fine de iurepatronat. quia ibi loquitur de Collegio eccleſiaſtico, nõ de ſeculari, prout declarat Lambertin. vbi ſu-
5 pra. art. 19. Neque poteſt † primus præſentatus impedire patronum, ne variet, & ideo appellare contra ipſum patronum, vt non præſentet alium, nec tenet appellatio. ita Abb. in cap. paſtoralis de iurepatronat. num. 1. & 2. vbi Hoſtien. Innoc. Ioan. And. ſuper gloſſ. pen. & Card. col. 3. & Lambertin. vbi ſupra. ar. 20 alias deſtrueretur tota materia variationis, & auferretur talis poteſtas à iure patrono laico conceſſa.

Variatio autem à patrono fieri poteſt duobus modis.
6 Primo vnico † contextu plures

res præſentando ſecundum Clem.plures.§.vlt.de iurepatronat.vt is inſtituatur,quem Epiſcopus elegerit. vbi gloſſ. Cardin. & alij. Secundo modo poteſt fieri, plures ordine ſucceſsiuo præſentando,& ſic diuerſis temporibus. dicto c. quod autem.cap.cum autem, & cap. paſtoralis de iurepatr. nec per præſentationem ſecundi receditur à prima, ſed Epiſcopus inſtituet, quem voluerit. Abb. Ioan. Andr.& alij in dicto cap. cum autem, & Lambert.vbi ſupra art. 21.

7 Et ideo patronus variando † non recedit, ſed accumulat: & ita variatio eſt permiſſa ſi præſentet cumulatiue, non priuatiue: nam ſi priuatiue abſque cauſa permiſſa præſentaret, non audiretur: quod ſi ſecundo præſentet nil addendo præſumitur cumulatiue præſentaſſe, nã quilibet præſumitur velle, quod ius patitur. vide Rocch. de Curte de iurepatr. verbo honorificum. q.13.& Lamb.vbi ſup.art.22.

CAPVT QVARTVM.

Variatio permittitur ita tamen vt vltra duos non fiat.

SVMMARIVM.

1 *Patronus variando duos tantum præſentare poteſt.*

2 *Pluralis locutio duorum numero eſt contenta.*

3 *Variatio fieri non poteſt lite pendente.*

4 *Niſi variando præſentetur vnus ex præſentatis.*

5 *Epiſcopus in caſu variationis poteſt inſtituere quẽ vult.*

6 *Et magis idoneum eligere.*

7 *Patronus ſi prius dignum, poſtea indignum præſentauit, dignus inſtitui debet.*

1 PAtronus † ergo poteſt variare, & pluries præſentare: ita fuit concluſum. Quod tamen intelligi debet, quod vltra duos variare non poſ-

poſſit, & vltra duas vices, ita
Calderin.conſ.16. de iurepa-
2 tronatus. pluralis enim† locu-
tio duorum numero eſt con-
tenta. cap. pluralis. de regul.
iur. lib 6. & infinitas eſt eui-
tanda. cap. cum in multis. de
reſcript. lib. 6. & iura loquen-
tia de dicta variatione hoc
innuunt, ita etiam Rocch. de
Curte vbi ſupra, in verbo, ho-
norificum. quæſt. 10. faciunt
dicta per Bellencinum in tra-
ctatu de charitatiuo ſubſidio.
quæſt. 23. faciunt dicta per
Iaſ. in l. edita. col. 3. in fine,
C. de edendo, & ita ſerua-
ri in prax. & ita iudicando, &
conſulendo refert Lambert.
de iurepatr. lib. 2. par. 2. q. 7
3 art. 23. Et tali † variationi
non eſt locus lite pendente
inter præſentatos à diuerſis
patronis, de quo vide Rocch.
vbi ſupra, in verbo, honorifi-
cum. quæſt. 23. & Lambert.
vbi ſupra, art. 24. & ſupra di-
4 ximus: niſi † variando præſen-
taretur vnus ex præſentatis
ab alio compatrono, quia tūc
per talem variationem lis fi-
5 niretur: & ſemper in caſu † va-
riationis Epiſcopus, vel alius
habens inſtituere poterit quē
vult inſtituere. ad cap. cum
autem. de iurepatronatus. &
declarat Lambertin. vbi ſup.
art. 26. Quando autem Epi-
ſcopus debet eligere eum,
6 quem vult † inſtituere, ſi in-
ter eos ſit vnus idoneus, al-
ter magis idoneus, debet ma-
gis idoneum eligere, & inſti-
tuere, aliter faciendo peccat,
& talis magis idoneus poteſt
appellare. Abb. in dicto cap.
cum autem. num. 5. Rocch.
vbi ſupra, verbo honorificū.
quæſt. 15. & per Lamber. vbi
ſup. artic. 26. Quod ſi patro-
7 nus † præſentauit primo vnū
idoneum, poſtea variat, &
præſentat non idoneum, ſeu
indignum, tunc Epiſcopus
primum inſtituet, nec patro-
nus tunc puniri debet, quia
iam præſentauerat dignum,
& idoneum, ita Paul. de Cit.
tad. de iurepatronat. par. 6.
quæſt. 12. & per Lambertin.
vbi ſup. art. 27

CA-

CAPVT QVINTVM.

Quid agendum quando habens inſtituere abſque cauſa non admittit præſentationem.

SVMMARIVM.

1 *Habens inſtituere ſi dicat, non recipio, vel non admitto præſentationem, videtur eam reprobare.*

2 *Præſentatio valet ſi non fuit admiſſa ſine cauſa.*

3 *Præſentatus debet agere contra habentem inſtituere, qui iniuſtè eundem noluit admittere.*

1 SI habens inſtituere† prẹſentationem non admiſerit; ſed malitioſe diſtulerit, & dixerit hæc verba, non recipio, vel non admitto talem præſentationem, videtur ipsã reprobare. Rocch. de Curte. de iurepatron. in verbo, honorificum. q. 46. eo caſu ſi ha-
2 bens inſtituere ſine cauſa† nõ admiſit, patronus nõ tenetur alium præſentare, quia conſtabit coram Iudice appellationis præſentationem fuiſſe legitime factam, & ille pręſentatus inſtitui debebit; ita Rota Rom. de iurepatr. in nouis. deciſ. 4. incip. ſecundum omnes. Abb. conſ. 28. part. 2. Rocch. vbi ſupra. q. 46. tunc enim nulla adeſt culpa, vel ne-
3 gligentia patroni: debet† tamen eo caſu agere præſentatus contra ſuperiorem, qui eum admittere iniuſte denegauit. c. nullus. & c. paſtoralis. de iurepatron. vbi habetur quod talis pręſentatus poteſt adire Papam pro prouiſione obtinenda. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. part. 2. quæſt. 8. art. 2. & 16.

FINIS LIBRI DECIMI.

LIBER VNDECIMVS,

Continet materiam fabricationis proceſſus, pro aſſequenda inſtitutione.

CAPVT PRIMVM.

Petitio inſtitutionis à quo fiat, & quomodo, & quid Iudex diſcutere debeat.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus, & præſentãs, ſeu ſolus præſentatus inſtitutionem petere poſſunt.*

2 *Præſentatus mediante procuratore petere poteſt, & obtinere inſtitutionem.*

3 *Pater pro filio, frater pro fratre, cum promiſſione de rato poſſunt petere inſtitutionem.*

4 *Inſtitutio petitur, & pro ea imploratur officium Iudicis.*

5 *Nec requiritur libellus, ſi nullus adſit contradictor.*

6 *Libellus ad petendam inſtitutionem debet continere narrata in præſentatione.*

7 *Quando valet ſecunda præſentatio, debet prius irritari prima præſentatio.*

8 *Superior antequam inſtituat, debet cognoſcere de iuribus præſentantis, & præſentati.*

9 *Edicti termino elapſo ſuperior debet aſſignare terminum ad producendum iura.*

10 *Informatio ab habente inſtituere fit ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*

11 *In præſentato ſufficit ætas legitima, litteratura ſufficiens, & morum honeſtas.*

In

1 IN hoc iudicio † petendæ inſtitutionis poſſunt eſſe ſimul præſentans, & præſentatus, vel ſolus præſentatus, & petere inſtitutionem, & poteſt patronus proſequi, & venire ad cauſam pro ſuo intereſſe, mortuo præſentato, & petere declarari iuſpatronatus ad ſe pertinere. Rot. Rom. de iurepatronatus in nouis deciſ. 2. incip. ſi à præſentatis. Rocch. de Curte. de iurepatronat. in verbo ius quæſt. 1. num. 6. in fine. & Lamb. de iurepatron. lib. 2. part. 2. quæſt. 8. art. 3. Et ſicut pa-
2 tronus † poteſt per procuratorem præſentare, ita & præſentatus per ſuum procuratorem etiam laicum poteſt petere inſtitutionem, & obtinere. Quæ inſtitutio debet concipi in perſonam procuratoris illius: & ita tanquam
3 procurator admittitur † pater pro filio, frater pro fratre, coniunctus pro coniuncto, amicus pro amico, cum cautione de rato. Lambertinus vbi ſupra art. 4.

4 Inſtitutio † autem petitur, & pro ea obtinenda imploratur officium iudicis. Doctor. in cap. cum Bertoldus de re iud. Et in petendo dictum
5 officium † iudicis non requiritur libellus, ſi nullus adſit contradictor. Lambertin. vbi ſupra art. 6. ideoque ſatis eſt dicere, peto me inſtitui ad beneficium, ad quod fui præſentatus; videtur enim petere omni iure, quo melius poteſt, ſecundum Innoc. in cap. cum eccleſia num. 2. de cau. poſſeſſ. & prop. & declarat Lambertin. vbi ſupra art. 7.
6 Et quando libellus pro obtinenda inſtitutione debet formari in eo narrentur omnia, quæ in præſentatione narrata ſunt: proceſſus autem ſuper tali præſentatione erit extraiudicialis, & extraordinarius, vt ſupra diximus. Et
7 quando neceſſe eſt † caſſari primam præſentationem, antequam ſecundo præſentatus petat inſtitutionem, debet prius petere caſſationem dictæ primæ præſentationis, quod procedit in præſentatione facta à patrono eccleſiaſtico, ſecus ſi à laico, qui variare poteſt. Innocen. in dicto cap. cum autem. de iurepatron. vbi Cardin. in fine, & Abb. in notabilibus. & per Lambertin, vbi ſupra art.

art. 10. Antequam tamen
8 inſtitutio† concedatur, etiam nullo ſtante contradictore debet habens inſtituere ex officio diſcutere negocium, & videre iura præſentantis, & præſentati. ad cap. vlt. de elect. libro 6. Ideoque elap-
9 ſo † termino edicti debet talis ſuperior præfigere terminum competentẽ eis ad producendum eorum iura, & videre debet per examen de præſentati idoneitate, vt per Lambertin. vbi ſuprà, ar-
10 tic. 11. Et hæc omnia † fieri debent ſine ſtrepitu, & figura iudicij. ad clem. diſpendioſam de iudicijs. Et notes,
11 quod in † præſentato ſufficit ætas legitima, litteratura ſufficiens, & morum honeſtas. ad gloſ. in cap. quando. diſtinct. 23. vide Lambertin. vbi ſupra. art. 12.

CAPVT SECVNDVM.

Quæ opponi poſſint contra præſentantes, ſeu præſentatos.

SVMMARIVM.

1 *Contra præſentatum poſſunt multa apponi.*

2 *Simonia committitur in annexis ſpiritualibus.*

3 *Probari quæ debeant pro obtinenda inſtitutione.*

4 *Habens inſtituere tenetur præſentatum inſtituere, ſi nihil ſit oppoſitum.*

1 Opponi poſſunt † multa contra præſentãtes, ſeu præſentatos poſita à Lãb. de iurepat. li. 2. par. 2. q. 8. art. 13 Oppoſitiò autem poteſt fieri per Superiorem habentem inſtituere, ex eo quod patroni non ſint in quaſi poſſeſsione iuris præſentandi, vel quod eccleſia ſit libera, vel quod præſentatio fuit facta de indigno, de non idoneo, de incognito abſente, vel quod præſentatio non fuit acceptata infra tempus datum ad præ-

præſentandum, vel quod fuit poſt lapſum tempus datum ad præſentandum, vel quod fuit facta non ſeruatis conditionibus, appoſitis in fundatione, vel non fuit facta eo modo, & coram quo fieri debebat vel quod per ſimoniam facta fuerit præſentatio:
2 quia † ſimonia committitur in annexis ſpiritualitati, vt eſt iuſpatronatus, ſicut & in ipſis ſpiritualibus. cap. ex inſinuatione, & cap. de iure. vbi Abb. de iurepatronatus, & in c. quæſitum de rerum permut. & talis præſentatio eſt nulla ipſo iure. cap. vnico. de ſimonia in extrauagantibus communibus: & per tales incurritur excommunicatio, vel aliter, vt ibi.
3 Ad obtinendam † autem inſtitutionē hæc probari debent, ſcilicet præſentantem eſſe patronum, vel eſſe in quaſi poſſeſsione iuris præſentandi: & cautius eſt ſemper allegare quaſi poſſeſsionem, quæ facilius probatur; & præſentatum habere requiſita neceſſaria, & eſſe præſentatum infra tempus debitum, eumque acceptaſſe præſentationem de ſe factam, vide Lambert. vbi ſupra artic. 14. & fuiſſe factum edictum in forma.
4 Niſi † aliquid obijciatur contra præſentantem præſentatum, ſeu inſtitutionem, habens inſtituere tenetur admittere, & inſtituere præſentatum. cap. monaſterium, vbi gloſ. vltim. 16. quæſt. 7. Paul. de Citad. de iurepatr. part. 6. quæſt. 5. & Lambert. vbi ſupra art. 15.

CAPVT TERTIVM.

Quid agendum, ſi ſuperior ſpernat præſentationem, & ad quid teneatur dictus ſuperior tali caſu.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus à Superiore ſpretus debet appellare.*
2 *Et adire Superiorem dicti Su-*

Superioris, vt compellat dictum habentem inſtituere.

3 *Et ſi iniuſtè id fecerit, tenetur dicto ſpreto prouidere.*

4 *Duobus litigantibus in Curia ſuper aliqua Eccleſia non valet alia præſentatio facta à patrono intra debitum tempus.*

5 *Præſentatus obtinens prouiſionem Apoſtolicam non facta mentione de variatione, nihil facit.*

1 SVperiore † ſpernente præſentationem præſentatus habet remedium appellationis. gloſ. 1. in cap. paſtoralis. de iurepatron. Item habet aliud remedium, poteſt
2 enim † adire Superiorem illius, qui debet inſtituere per viam querelæ, & petere, vt vi compellatur ille, qui debet inſtituere, ad ipſum præſentatum inſtituẽdum. Abb. in dicto cap. paſtoralis. vbi gloſ. in verbo, malitioſe, ponit quis probare debeat, & quomodo, & an præſumatur, quod malitioſe habens inſtituere non admiſerit præſentationem, & ponit late Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 8. artic. 18. Si
3 iniuſte † igitur Superior ſpreuerit præſentatum, & alium inſtituerit, vel minus idoneum, tenetur ex dicto cap. paſtoralis. ad prouidendum tali præſentato ſpreto, de alimentis, nec requiritur ad hæc alimenta petenda ordo iudiciarius, ſeu libellus; ſed eſſe conſiderandam paupertatem, & impotentiam talis clerici reſpectu Epiſcopi. Hoſtien. in dicto cap. paſtoralis. in §. verumtamen. col. vltima. de iurepatronatus. & Lambertin. vbi ſupra. art. 20. ſpretus autem dicitur expreſſe vel tacite, vt declarat Lambertin. vbi ſupra. art. 25. Ea-
4 dem ratione † ſi duobus litigantibus in Curia ſuper Eccleſia, patronus Eccleſiæ id ſciens præſentet alium infra tempus debitum Ordinario, qui ſcienter illum inſtituat, eo caſu vnus ex colligitantibus, pro quo lata ſit ſententia in Curia, habet actionem contra patronum, & contra Ordinarium. argumento tex. in dicto cap. paſtoralis. apparet enim, quod talis inſtitutio malitioſe facta fuit, & in eluſionem ſententiæ. Paul. de Cit-

Cittad. de iurepatron. par. 6. quæſt. 55. Lambertin. vbi ſupra artic. 21. Et ſi vnus † ex
5 præſentatis obtineat prouiſionem beneficij à Papa non facta mentione de variatione facta à patrono, cum illam ignoraret, & de inſtitutione ſequuta, talis prouiſio apoſtolica tanquam ſubreptitia non valet in præiudicium dicti inſtituti, ita habetur in cap. conſtitutus. in princip. vbi Abb. & in cap. ad audientiam. il ſecondo. de reſcript.

CAPVT QVARTVM.

In diſcuſſione præſentationum citari debent contradictores certi ſpeciali citatione, incerti edicto generali.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio quomodo fiat ad inſtantiam comparentium, & ſe opponentium.*

2 *Præſentati citari debent certa citatione ſpeciali.*

3 *Præſentatus abſens poteſt citari ad domum.*

4 *Præſentatio metu facta non tenet.*

5 *Idem eſt ſi ex impetu, vel iracundia,*

6 *Vel clandeſtine.*

7 *Patronus licet non præſentauerit, poteſt tamen opponere cõtra præſentatum ab alio.*

8 *Extranei etiam poſſunt opponere contra præſentatum.*

9 *Oppoſitio defectus notorij contra præſentatum tolli non poteſt.*

10 *Populus quando de facto ſe opponit contra præſentatum, quid agendum.*

11 *Petitio talis qualis ſufficit in proceſſu, pro aſſequenda inſtitutione.*

12 *Exceptiones dilatoriæ ſunt reijciendæ.*

13 *Litis conteſtatio non requiritur in iudicio, quo petitur inſtitutio.*

14 *Et requiritur terminus ad pro-*

probandum in hoc iudicio.

15 *Et ita Piſis ſeruatur.*

16 *Iuramentū calumniæ præ-ſtari debet in hoc iudicio, quo petitur inſtitutio.*

HActenus viſum eſt quo modo ſuperior habens inſtituere ex ſuo officio diſcutere debeat iura præſentantium, & præſentatorum.
1 Nunc eſt videndum † quomodo id fiat non ex officio Iudicis, ſed ad inſtantiam comparentium, & ſe opponen-
2 tium. Imprimis † citari debent ſpeciali citatione tanquam certi, illi, qui primo loco præſentauerunt, vel præſentati fuerunt, & alij incerti, edicto, generaliq; citatione citari debent. Doctor. in cap. vlt. de elect. lib. 6. Si au-
3 tem † compræſentatus, vel certus contradictor eſſet abſens tunc ſatis eſt eoſdem citari ad Domum eorum ſolitæ habitationis, vel in eccleſia, ſeu ad valuas illius; ad hoc vt eccleſiæ citius prouideatur, & ſibi imputent, ſi in loco, vbi talis cauſa agitatur, procuratorem non reliquerunt. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2.
4 par. 2. quæſt. 9. art. 2. Quod † ſi per metum facta ſit præſentatio, poteſt ipſe patronus id opponere, quia talis præſentatio non tenet: quod eſt verum quando metus fuit cauſa talis actus. Alex. conſ. 16.
5 lib. 3. Ita † etiam non valet præſentatio facta ex impetu, vel iracundia. cap. auditis. ibi prorupit. de elect. Iracundia enim facit contractum non valere. l. quicquid calore. ff. de reg. iur. vide Firman. in tract. de Epiſcopo. par. prima
6 lib. 3. quæſt. 35. Nec † minus valet præſentatio clandeſtine facta. ad text. in cap. quia propter. §. vlt. & ibi gloſſ. & Doctor. de elect. vt quia non ſit facta coram habente inſtituere, quo caſu non dicitur perfecta præſentatio. Lambertin. vbi ſupra artic. 7. Poteſt
7 etiam † patronus quamuis nō præſentauit, nec fuit ſpretus, opponere defectum, vel vitium contra perſonam, vel aliud ſimile. cap. nulli, & cap. ſequenti. de elect. lib. 6. Lambertin. vbi ſupra artic. 8. In-
8 ſuper † omnes etiam extranei admittuntur ad opponendum contra præſentationem pro impedienda inſtitutione, quia in edicto vocantur omnes,

nes, qui ſe volunt opponere. dicto cap. vlt. de elect. lib. 6.
9 Quod ſi † quis ad impediendam inſtitutionem opponat contra præſentatum de notorio defectu, non poteſt poſtea pœnitentia ductus à tali oppoſitione recedere, argumento text. in cap. ab eo, & in cap. ſi forte. de elect. lib. 6.
10 Verum ſi † populus potius de facto, quam de iure ſe opponat contra præſentatum, quia nolunt illum in Rectorem, tūc ſi ſit præſentatus ad beneficium curatum talis populi, contradictio eſt admittenda ſi ſit rationabilis ob timorem ſcandali: ſecus eſt in beneficijs ſimplicibus, in quibus nullum vertitur intereſſe populi. Lambertin. vbi ſupra artic. 11. Paul. de Citadin. de iurepatronat. par. 6. q. 19. Et eſt notandum, quod in fa-
11 ciendo † proceſſu pro aſſequenda inſtitutione ſufficit talis qualis petitio, cum qua concordari poſſit ſententia. Clement. ſæpe circa princip. de verbor. ſignificat. & exce-
12 ptiones † dilatoriæ ſunt repellendæ, niſi eſſent neceſſariæ pro legitimatione perſonarū. Cardin. in dicta Clement. ſæ-
13 pe col. 5. Nec † hoc caſu requiritur litis conteſtatio. Clemen. diſpendioſam. & ibi Cardin. de iudic. & quod in ſummarijs non requiratur litis conteſtatio, probat Lambertin. vbi ſupra art. 12.
14 In hoc igitur † Iudicio ſummario pro aſſequenda inſtitutione publicato edicto, eiuſque peremptorio termino elapſo, in quo factæ ſint contradictorum oppoſitiones, & exceptiones, & facta aliqua reſponſione, quæ loco litis conteſtationis habeatur; dandus eſt vtrique parti terminus ad probandum incumbentia: ita habetur in dicta Clemen. ſæpe. ibi terminum dare poſſit. Et ita in praxi ſeruatur
15 Piſis †, vbi ſecundum conſtitutiones ſynodales Piſanas datur terminus ad probandū triginta dierum vtilium, quo termino durante poſſunt præſentari articuli, poſitiones, exceptiones, acta, iura, & munimenta, quibus partes vti volunt: de quibus habetur in dicta Clemen. ſæpe. §. & quia poſitiones, & ibi gloſſ. & ibidem in §. citationem vero. habetur, quod etiam in tali
16 cauſa † debet præſtari iuramen-

mentum calumniæ, & de veritate dicenda. vide Rocch. de Curte, de iurepatronatus in verbo competens alicui. quæſt. 14. col. 2.

CAPVT QVINTVM.

Quomodo probetur iuſpatronatus antiquum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus antiquum probatur per inſtrumenta, & per authenticas ſcripturas. & num. 6.*

2 *Iuſpatronatus quomodo probetur.*

3 *Exemplum in probando iurepatronatus.*

4 *Illuſtriſſimus Cardinalis Lantes patronus Capellaniæ SS. Simonis, & Iudæ.*

5 *Deſcendentia quomodo probetur.*

7 *Quaſi poſſeſſio per tempus immemorabile continuata prodeſt.*

8 *Concil. Tridentin. Seſſione vigeſimaquinta de reformat. capitulo nono iubet iuſpatronatus probari ex fundatione, vel dotatione.*

9 *Quaſi poſſidens iuſpatronatus non tenetur probare deſcendentiam.*

1 IVſpatronatus † antiquum eſt difficilis probationis, immo impoſſibilis: tamen probari poteſt per inſtrumenta, vel alias authenticas ſcripturas. Lambertin. de iurepatronatus, lib. 2. par. 2. quæſt. 10.
2 art. 4. & quomodo † probetur iuſpatronatus, tradit Rota Rom. in nouiſſimis. lib. 3. Deciſ. 1372. nu. 1. & Deci. 1014. & 254. dicto lib. 3. tradit Illuſtriſſimus Card. Tuſc. pract. concluſ. iuris in littera I. concluſ. 617. traditur etiam in praxi Archiepiſcopali Leonis par. 2. cap. 21. de iurepatronatus. num. 1. 2. & 3. vide Farinacium tomo primo & 2. partis ſecundæ. Deciſ. 360. 374. 548. 541. 694. 146. 235. & par-

& parte prima, tomo primo, & ſecũdo. Deciſ. 333. 222. 224. 481. 211. 77. & 518. & Card. Mantic. Deciſ. 208. & 244. & Cardin. Seraphinum. Deciſ. 1141. 1120. & 1103. Exem-
3 plum † ſit, agitur de Capellania ſanctorum Simonis, & Iudæ exiſtente in Primatiali eccleſia Piſana fundata antiquitus ab Illuſtr. Viro Domino Petro Lante, Patritio Piſano, de quo extat ſepulchrum in eccleſia ſanctæ Mariæ de Aracæli Romæ. Nam ex illis ſcripturis apparebit tantum dictum Dominum Petrum fundaſſe, conſtruxiſſe, & dotaſſe dictam Capellaniam cum conſenſu Ordinarij: & cum dictæ ſcripturæ ſint antiquæ tercentorum, ſeu quingẽtorum annorum, eſſet probanda deſcendentia proueniens à dicto Domino Petro, quæ deſcendentia in antiquis probatur leuioribus probationibus. tradit Marc. Ant. Genuen. Epiſcopus Iſernien. in ſua praxi Curiæ Archiepiſc. Neapol. cap. 82. num. 1. varia de iurepatronat. quæ deſcendentia verificatur in Illu-
4 ſtriſſimum, & † Reuerendiſſimum Dominum Marcellum Lantem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalem ampliſſimum, & in Illuſtriſſimum Dominum Marc. Anton. eius fratrem Marchionẽ Turris Andreæ, & in Illuſtriſſimum Dominum Federicum Lantem, & alios nobiles de dicta fami-
5 lia. Nec regulariter † probari poterit talis deſcendentia per tot ætates, cum antiqua ignorẽtur nomina, præſertim Piſis, vbi iniuria temporum deperditæ ſunt ſcripturæ, & documenta, eſſet enim probandum quomodo ab illo primo fundatore dictum iuſpatronatus deuenerit in anteceſſores dictorum Nobilium nunc viuentium, & conſequenter ad hos Dominos nũc viuentes. Cum ergo dicta Capellania reperiatur fundata à dicto Domino Petro, & nunc pertineat ad dictos Dominos de dicta familia, vrgentiſſima erit præſumptio per legitimas ætates ad eoſdem Dominos nũc ſuperſtites perueniſſe: & de modo talis probationis vide Abbat. in conſil. 54. par. 1. & conſil. 102. par. 2. Concurrit enim antiquitas facti, & etiam continuatio eiuſdem familiæ, ign-

cta probatione famæ etiam per teſtes de auditu. Ex quibus dictum iuſpatronatus antiquum
6 tiquum † probabitur: quod ſi nulla appareat fundatio, præſumitur acquiſitum iuſpatronatus, ex aliquo titulo habili, & tunc ſufficit † quaſi poſ-
ſeſſio tanti temporis, cuius initij memoria non extet, continuata ab anteceſſoribus ſuis in eum. Hodie autem ſeruatur Concil. † Trident. Seſſ. 25. de reform. cap. 9. vbi decretũ eſt, quod in probando iurepatronatus probetur illius titulus ex fundatione, vel dotatione, ex authen. documento, & alijs iure requiſitis, ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, alias ſecundum Iuris diſpoſitionem. vide Dec. conſil. 174. num. 4. & Card. Manticam Deciſ. 198. 208. & 318 Rot. Rom. Et exiſtens † in quaſi poſſeſſione Iuris præſentandi non tenetur probare deſcendentiam. Cardinalis Seraphinus Deciſion. 1103. 1141. numero 11. 1232. & 1367.

CAPVT SEXTVM.

Quomodo probetur iuſpatronatus modernum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus modernum eſt facilis probationis.*

1 IVſpatronatus † modernum eſt facilis probationis. Nã ſatis eſt probare beneficium fuiſſe fundatum, conſtructum, & dotatum de conſenſu Ordinarij, puta à Lothario, & à Lothario perueniſſe in Renatum tanquam hæredem vniuerſalem dicti fundatoris, vel eiuſdem donatarium ex legitima donatione, & alia probanda erunt, poſita per Lambert. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 10. art. 5.

C A-

CAPVT SEPTIMVM.

Quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus, ſeu Iuris præſentandi quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus eſt facilioris probationis.*

2 *Concil. Tridentin. Seſſione vigeſimaquinta de reformat. cap. 9. requirit multiplicatas præſentationes per tempus immemorabile.*

3 *Stylus articulandi in praxi pro quaſi poſſeſſione probanda.*

4 *Forma probandi quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus.*

5 *Super ſingulis dictis ſinguli formantur articuli.*

6 *Quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus ex quibus dignoſci poſſit.*

1 Facilior modus † probandi, & obtinendi in iure patronatus, eſt probare quaſi poſſeſſionem iuriſpatronatus, ſeu Iuris præſentandi, & ideo quamuis aliquis ſe dicat, & aſſerat patronum, ſi poſtea probet ſe eſſe in quaſi poſſeſſione Iuris præſentandi, obtinebit. Talis autem quaſi poſſeſſio probari poteſt per inſtrumenta præſentationum, & inſtitutionum, vel quia patronis facta ſunt ſolita fieri habentibus tale Ius. ad notata in cap. ſi vero. de iurepatronat. & ſecundum dicta in cap. conſultationibus. de iurepatronat. & Concil. Tridentin.
2 tin.† Seſſ. 25. de reform. c. 9. requirit multiplicatas præſentationes per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat. vide Farinaccium parte prima, tomo primo, & ſecundo. Deciſ. 615. 195. 222. 224. 347. & de probatione huius quaſi poſſeſsionis, vide Card. Mantic. Deciſ. 208. Rot. Rom. & Praxim Archiepiſcopalem

Leonis par. 2. cap. 21. de iurepatronat. num. 1. & ſequentibus, & Maſcardum de probationibus. concl. 1217. Quare † ſtylus articulandi in praxi erit huiuſmodi, quem etiã ponit Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 2. quæſt. 10. artic. 6.

3

4 Comparet † Nicolaus Mazzolius clericus Piſanus præſentatus ad Capellaniam ſancti Ioannis Chryſoſtomi ſitam in Primatiali eccleſia Piſana, & pro verificatione Iurium ſuorum principalium patronorum dictæ Cappellaniæ exiſtentium in pacifica quaſi poſſeſsione iuris præſentandi ad dictam Capellaniam: & breuiter dicit ſe fuiſſe, & eſſe præſentatum ab Illuſtr. Domino Ioanne de Riccis Patritio Florentino patrono dictæ Capellaniæ, & exiſtente in pacifica quaſi poſſeſsione Iuris præſentandi ad dictam Capellaniam quando vacare contingit: quæ Capellania fundata fuit, conſtructa, & dotata ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſsimo Domino Domino Iuliano de Riccis Archiepiſcopo Piſano, & poſt mortem dicti Illuſtriſsimi Domini dictum iuſpatronatus, deuenit in Petrum de Riccis, qui ad dictam Capellaniam vacantem præſentauit Presbyterum Franciſcum de Vbertinis, qui fuit inſtitutus, dictamq; Capellaniam per multos annos pacifice poſſedit: poſtea peruenit dictum iuſpatronatus in Carolum filium dicti Petri, qui ad dictam Capellaniam vacantem per mortem dicti Franciſci præſentauit Presbyterum Tiburtium Grilletum, qui fuit inſtitutus: demum dictum iuſpatronatus peruenit in Dominicum filium dicti Caroli, qui vltimo loco ad dictam Capellaniam vacantem per obitum dicti Tiburtij, præſentauit Presbyterum Iulium de Braccis clericum Piſanum, qui etiam fuit inſtitutus: demum Petrus dicti Dominici filius, & hæres ad eandem Capellaniam vacantem per obitum dicti Iulij præſentauit dictum Comparentem: & hæc omnia probantur per inſtrumenta authentica. Et ſuper † ſingulis ſuperius dictis ſinguli poterunt for-

5

formari articuli, & ex quibus
6 dignoſci † poſsit quaſi poſſeſſio iuris præſentandi ad beneficium. vide Deciſ. Rot. Roman. lib. 3. in nouiſsimis Deciſ. 680.

CAPVT OCTAVVM.

Quomodo probetur præſentatio, & inſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio probatur per inſtrumenta, ita & inſtitutio.*
2 *Et per litteras inſtitutionis ſigillatas.*
3 *Et ſufficit ſigillum Ordinarij.*
4 *Et probanda eſt conſuetudo, qua fides adhibetur talibus litteris.*
5 *Cautela eſt facere inſtrumentum præſentationis, & aliud inſtitutionis.*
6 *Patronus eſſe quis non probatur, ſi tanquam patronus fuit honoratus.*
7 *Iuſpatronatus probatur per litteras antiquas in lapidibus inciſas.*
8 *Sed quo ad primum fundatorem ibi nominatum.*
9 *Litteræ antiquæ inciſæ in lapidibus, quando, & quomodo probent.*

IN materia probationis iurisſpatronatus, & iuris præſentandi probatur præſenta-
1 tio, & inſtitutio † ſequuta per inſtrumenta ſucceſſiue facta, ſi in authentica forma producantur: & ita procedunt notata in cap. ſi vero. de iurepatron. quæ inſtrumenta debent eſſe celebrata cum notario, & teſtibus. Item
2 per † litteras inſtitutionis ipſius Ordinarij cum ſuo ſigillo authentico probatur, ſi adſint teſtes cum ſubſcriptione notarij. Et ſi litteræ Ordina-
3 rij ſint † confectæ cum ſuo ſigillo tantum, probant, ſi talis extet conſuetudo. Bald. in rubr. colum. penult. C. de

fide inſtrum. Quapropter ſi
4 hæc † articulentur, ponatur
etiam, quod talis extat con-
ſuetudo, nempe, quod litte-
ris huiuſmodi cum ſolo ſigil-
lo detur plena fides, & quod
pluries, vel ſaltem bis ita fue
rit iudicatum, & in contra-
dictorio iudicio obtentum.
Sed cautela eſt in praxi ſer-
5 uanda† hæc, facere inſtrumen
tum cum notario, & teſtibus
de ipſa præſentatione, & aliud
ſimile inſtrumentum ſuper
inſtitutione; de quibus vide
Lambertin. de iurepatronat.
lib. 2. par. 2. quæſt. 10. arti-
culo 4. & 7. Nec ad proban-
6 dum quem † eſſe patronum
ſufficit probare illum fuiſſe
honoratum tanquam patro-
num in proceſſionibus, & in
alijs, quia in ſpecie debet
probari quaſi poſſeſsio iuris
præſentandi. Lambertin. vbi
ſupra artic. 8.

Probatur etiam iuſpatrona
7 tus per† litteras antiquas in-
ciſas in lapidibus poſitis in
Campanili, vel in Eccleſia
ſtante temporis antiquitate,
& niſi contrarium appareat.
Rocch. de Curte. de iurepa-
tron. in verbo honorificum.
in fine. colum. 50. Quod pro-
8 cedit † quo ad primum illum
fundatorem tantum nomi-
natum in dictis lapidibus,
quia quo ad deſcendentes
probanda erit deſcendentia,
niſi in dictis lapidibus dice-
retur iuſpatronatus eſſe illo-
rum, de familia Gualandorũ
nobilium Piſanorum, vel de
alia familia, quia hoc face-
ret pro illis de tali familia
ſuperſtitibus, niſi contra
eos eſſet legitime præſcri-
ptum. Lambertin. ibidem
9 art. 9. Et quando † litteræ
antiquæ inciſæ in lapidibus
probent, vide Felin. in cap.
cum cauſam. colum. 3. de
probat. & quod probent iuſ-
patronatus, & Eccleſiæ con-
ſecrationem, probat Dec. con
ſil. 135. col. 3.

CAPVT NONVM.

Quæ exceptiones proponi poſſint contra probationes iuriſpatronatus, & iuris præſentandi, & de proceſſus publicatione.

SVMMARIVM.

1 *Excipere quæ poſſint contradictores contra præſentatum, & præſentantem.*
2 *Exceptio, quod præſentans non ſit de fvmilia fundatoris.*
3 *Vel quod non interuenit conſenſus ordinarij in fundatione.*
4 *Compatroni poſſunt eſſe teſtes in probando iurepatronatus.*
5 *Patronus, qui præſentauit non poteſt eſſe teſtis in probando iurepatronatus.*
6 *Proceſſus publicatio fieri debet.*
7 *Sed eius omiſſio non vitiat.*
8 *De proceſſus publicatione notanda.*

1 HActenus † viſum eſt, quomodo Actor in hoc Iudicio poſſit probare iuſpatronatus, & ius præſentandi, eorumq; quaſi poſſeſſionem. Nunc videamus quomodo contradicentes poſſint excipere cōtra prędictas probationes: & diſtinguendum eſt, quod aut ſumus in probatione iuriſpatronatus antiqui, aut moderni; Primo †
2 caſu contra probationem iuriſpatronatus antiqui poſſunt contradictores excipere, illum, qui præſentauit non eſſe de illa familia, cuius ſe eſſe aſſerit, ſed illud cognomen ſibi aſſumpſiſſe, vt aliquando accidit, & iura patronatus vſurpantur; vel excipere, quod nunquam Anteceſſores illius, qui præſentauit, fuerunt in quaſi poſſeſſione dicti iuriſpatronatus, ſeu iuris præſentandi, vel quod ſcri

pturæ ex aduerſo exhibitæ nõ
ſunt validæ, neque autenti-
cæ, vel quod priuilegium al-
legatum non eſt legitimè
ſcriptum ſeu ſignatum. Se-
3 cundo† caſu contra probatio-
nem iuriſpatronatus moderni
poſſunt contradictores exci-
pere plura, nempe non in-
terueniſſe conſenſum Ordi-
narij in fundatione, conſtru-
ctione, ſeu dotatione eccle-
ſiæ; vel interueniſſe conſen-
ſum illius, qui non habebat
huiuſmodi facultatem; vel
quod fundator non poterat
acquirere iuſpatronatus, quia
erat hæreticus, vel crimino-
ſus talis, qui erat iuriſpatro
natus incapax: & ſi fundetur
probatio iuriſpatronatus ſu-
per præſcriptione, poterit ex-
cipi contra eam de inuali-
do titulo, de mala fide, & de
alijs, vel aliter, prout latè
ponit Lambertinus de iure-
patronatus lib. 2. p. 2. q. 10.
4 art. 10. & in probando † iu-
repatronatus poſſunt eſſe te-
ſtes compatroni, niſi per hoc
probarent ius ſuum, conſan-
guinei, & familiares, cum
alias tales familiares admit-
tantur, vt per Abb. poſt gloſſ.
in cap. cum dilectis. de cle-
ric. non reſiden. & notatur in
cap. litteras de præſumpt. Fe-
lin. in cap. inſuper de teſtib.
5 Quo autem † ad merita, vel
demerita præſentati non ad-
mittitur patronus præſentãs,
quia ex hoc recipit commo-
dum conſeruandi, vel acqui-
rendi quaſi poſſeſſionem, &
prædicti, vt teſtes admittun-
tur, quia ad probandas de-
ſcendentias per eos notas fa-
cilius deponunt, illisq; fides
adhibetur, ſecundum tamen
perſonarum, qualitates, vt
per Doctor. in cap. quoties.
de teſtib. & per Lambert. vbi
ſupra artic. 12. Denique tali
6 proceſſu† terminato illius pu
blicatio teſtium, inſtrumẽto-
rum, & geſtorum productorũ
fieri poterit ad hoc, vt partes
ſcire poſſint an velint cedere,
vel contendere. gloſ. in clem.
ſępe. in verbo, non obſtãte. de
7 verb. ſignif. Omiſſio † tamen
talis publicationis non vitiat
hunc proceſſum. vide Abb. in
c. cum l. & A. num. 10. de re
iudic. Et de tali publicatione
8 † proceſſus, vide Rot. Rom.
de teſtib. in nouis. decis. 13.
& Lambertin. vbi ſupra ar-
ticulo 13.

CA-

CAPVT DECIMVM.

In tali cauſa poſſunt reprobari teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Quæ fiant poſt publicationem proceſſus.*

2 *Repulſa teſtium fiunt in iudicio, quo petitur inſtitutio.*

3 *Teſtes an poſſint reprobari poſt publicationem proceſſus.*

4 *Teſtes reprobatorij an poſſint per alios teſtes reprobari.*

1 NVnc videndum † eſt de his, quæ fiunt poſt proceſſus publicationem; ideoque notandum eſt in hoc iudicio poſt dictam publicationem poſſe reprobari
2 teſtes, & ſic poteſt fieri † proceſſus repulſæ teſtium reſpectu perſonarum; vel reſpectu dictorum per eos: qui proceſſus ſi omitteretur immineret præiudicium, quod non eſſet reparabile in cauſa appellationis. ad ea, quæ dicit Abb. in cap. 1. de exception. & in cap. cum l. & A. de re iudicata. Et quot teſtes requirantur ad reprobandum teſtes partis aduerſæ, vide Abb. in cap. ſeries. de teſti-
3 bus. Et nunquid † poſſint poſt publicationem reprobari, ponit. Abb. in cap. præſentium. de teſtibus. Et de hac materia, & nunquid teſtes re-
4 probatorij † poſſint per alios teſtes reprobari, vide Abb. in capit. licet dilectus. & ibi Felin. de teſtibus. & Lambertin. de iurepatronat. libro 2. parte ſecunda, quæſtione 11. articulo primo.

CAPVT VNDECIMVM.

In huiuſmodi iudicio non eſt neceſſaria concluſio in cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio in cauſa non eſt neceſſaria in iudicio, quo petitur inſtitutio.*
2 *Concluſio in cauſa in beneficialibus non eſt neceſſaria.*
3 *Si tamen fiat, non poteſt reuocari.*
4 *Concluſio in cauſa quomodo fiat, & quando dicatur concluſum in cauſa.*
5 *De dicta concluſione in cauſa in beneficialibus.*
6 *In praxi non fit concluſio in cauſa in iudicio inſtitutionis.*

1 Concluſio in cauſa † in hoc iudicio non requiritur, nec eſt de ſubſtantia, ita habetur in Clem. ſæpe. circa finem. & ibi gloſ. in verbo, concluſione. & ibi etiã Card. de verb. ſignificat. In
2 beneficialibus enim † non eſt neceſſaria concluſio in cauſa. Rot. Roman. de teſtibus. in nouis. deciſ. 1. incipiente, ſi poſt concluſionem. Si tamen ſit facta, ſeruanda erit per regulã, quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. ca. quoniam Abbas. de officio
3 deleg. Neque à parte † tunc poteſt reuocari, niſi Iudice volente, qui Iudex etiam poſt dictam concluſionem poteſt recipere probationes etiã inuita parte, præſertim vbi vertitur periculum animæ. vide Cappellam Tholoſanã deciſ. 14. num. 3. Felin. in cap. cum dilectus. num. 13. & 14. & num. 27. & ſequentibus. de fide inſtrumen. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. parte 2. quæſt. 11. artic. 2. & Felinus vbi ſupra ponit,
4 quando † dicatur concluſum in cauſa, & quomodo talis concluſio fiat; & de concluſione

5 ſione † in beneficialibus, vide etiam Rot. Roman. de probat. in antiquis. deciſ. 1. incip. nota, quod poſtquam eſt concluſum. Et in praxi 6 pluries † obtinui in contradictorio iudicio in beneficialibus non eſſe neceſſariam conclusionem in cauſa.

CAPVT DVODECIMVM.

In tali iudicio neceſſaria eſt ſententia diffinitiua, & ab ea poteſt appellari.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua in iudicio ad obtinendam inſtitutionem eſt neceſſaria.*

2 *Et ferenda eſt in ſcriptis.*

3 *Et poteſt concipi in perſonam principalis, ſiue eius procuratoris.*

4 *In cauſa criminali, & matrimoniali ſententia concipitur in perſonam principalis.*

5 *Inſtitutio habet vim ſententiæ diffinitiuæ.*

9 *Si facta ſit diſcuſsio negocij.*

7 *Inſtitutio habet vim interlocutoriæ, ſi facta ſit per ſimplicem informationem.*

8 *Appellari poteſt à ſententia inſtitutionis.*

9 *Praxis circa ſententiam inſtitutionis, & circa appellationem.*

10 *Sententia inſtitutionis tranſit in iudicatum, ſi appellatio non ſit interpoſita, vel non proſecuta.*

11 *Aliquando proceditur per viam Euangelicæ denunciationis.*

12 *Patronus obtinens ſententiam contra patronum totum ius acquirit.*

13 *Sententia lata contra præſentantem præiudicat præſentato ſcienti, & patienti.*

14 *Res inter alios iudicata quando alij noceat, vel non.*

15 *Exceptio rei iudicatæ nocet ſolum illis perſonis, inter quas lata eſt.*

16 *Res*

16 *Res iudicata nocet ſolum illis perſonis, inter quas lata eſt.*

17 *Sententia lata in actionibus præiudicialibus quando faciat ius quo ad omnes.*

1 IN huiuſmodi † iudicio terminando ſententia diffinitiua eſt neceſſaria. clemen. ſæpe. de verb. ſignificat. ibi ſentētiam vero diffinitiuam, vbi gloſ. in verbo, in ſcriptis, notat ſententiam huiuſmodi
2 proferendam eſſe in † ſcriptis, in qua ſententia poteſt fieri condemnatio expenſarum factarum à victore contra victum, & illarum executio concedi. Rocch. de Curte. de iurepatr. in verbo. competens alicui. q. 23. col. 3. & habetur in c. finem litibus, de dolo, & contum. tradit Lamber. de iurepatr. lib. 2. p. 2. q. 11. art. 3.
3 & ſententia † in hoc caſu poteſt concipi in perſonam principalis, ſiue eius procuratoris. c. querelam. & ibi Abb. n. 10. de elect. ſecus in † cau-
4 ſa matrimoniali, & criminali, vel ſimili, in quibus ſententia fertur in perſonam principalis duntaxat, non autem eius procuratoris. Et eſt notandū, quod inſtitutio, ſeu cōfirma-
5 tio † habet vim ſententiæ diffinitiuæ, quando ad cauſam comparet contradictor, & proceditur cum cauſæ cognitione. Nam eo caſu dicitur proprie ſententia diffinitiua, præſertim ſi cognoſcatur de iuribus præſentantium, quia cognoſceretur tunc verus patronus, qui pro ſe ſententiam habuit. ad dicta per Abb. in c. ex litteris. & in c. ſi vero. in fine. de iurepatr. Idem erit, ſi
6 nullus † ſit contradictor; ſed ſuperior ex officio diſcuſſit negocium cum cauſæ cognitione. Si autem hæc diſcuſſio facta ſit à ſuperiore per ſimplicem informationem, de qua loquitur Abb. in c. conſtitutis. il ſecondo. n. 14. de appellat. hoc caſu ſeruata forma. c.
7 vlt. de elect. lib. 6. † inſtitutio habebit vim ſententiæ interlocutoriæ, prout declarat Laber. vbi ſupra. art. 4. vide Farinac. parte 2. tomo 1. deciſ. 522. n. 1. large tamen poterit & hæc dici ſententia diffinitiua, cum negocium, de quo agitur, diffiniat. ad tex. in l. 1. ff. de re iudic.

Sciendum eſt etiam, quod
8 à † tali ſententia inſtitutionis quo-

quomodolibet lata appellari poteſt. dicto cap. conſtitutis. il ſecondo. de appellat. & c. paſtoralis. de iurepatron. ſed dictæ appellationi nō eſt deferendum, ne per eam impediatur poſſeſſio talis inſtituti. Lamber. vbi ſupra. art. 5. ſed
9 in praxi vidi † ſeruari talem ſtylum, nempe quando adeſt contradictor, & proceditur cum cauſæ cognitione, Iudex profert ſententiam declarando præſentatum fuiſſe, & eſſe inſtituendum, & facta parti notificatione, & trāſacto decendio, & non interpoſita appellatione proceditur ad inſtitutionem: aliquando etiā Iudex profert ſententiam declarando præſentatum fuiſſe, & eſſe inſtituendum, & eodem tempore inſtituit vnico contextu. Verum ſi appella-
10 tio † non ſit interpoſita, vel fuit interpoſita, ſed non proſequuta, ſententia inſtitutionis tranſit in iudicatum; ita Card. in cap. conſultationibus. de iurepatron. Rocch. de Curte vbi ſupra. q. 22. col. 1.
11 Quod ſi † ſententia tranſitum fecerit in iudicatum, poterit pars ſi foueat bonum ius agere contra eum, qui obtinuit, per viam euangelicæ denunciationis. Abb. in cap. ad audientiam. il ſecondo. numero 11. & 12. de reſcript. Lamber. vbi ſup. art. 6. Si ve-
12 ro ſententia † lata ſit contra patronum ad fauorē alterius patroni, tunc totum iuſpatronatus, & ius præſentandi obtinenti acquiritur, & accreſcit, non quod proprie aliquid accreſcat, cum tale ius diuidi non poſſit; ſed quia non decreſcit. Bald. in cap. quanto. num. 9. de iudic.

13 Adnotes etiam, quod † ſi ſententia lata ſit contra præſentantem, præiudicat præſentato ſcienti, & patienti ob connexitatem iuris inter eos exiſtentis, & è contra ſententia lata contra præſentatum præiudicat præſentanti ſcienti, & patienti. vide Abb. in cap. quamuis. num. 20. 21. & 22. de re iudic. Et quan-
14 do † res inter alios iudicata noceat alijs, vel non, & præſertim inter perſonas connexas, vide Abb. vbi ſupra, & ibidem Felin. qui ponit quando ſententia lata contra ſubditum noceat Domino, & è contra.

15 Item quando quæritur † an ex-

exceptio rei iudicatæ alteri
noceat nec ne, inſpiciendum
eſt, an ſit idem corpus, ea-
dem quantitas, idem ius, ea-
dem cauſa petendi, & eadem
conditio perſonarum, quæ ni-
ſi omnia concurrant alia res
eſt. l. cum quæritur. l. quanti-
tas, & l. & an eadem. ff. de
except. rei iudicat. Et regula-
16 riter res † iudicata non nocet
niſi illis perſonis, inter quas
lata eſt, & in illis cauſis, ſu-
per quibus actum eſt, & eo
modo, quo actum eſt. l. 2. C.
quib. res iud. non noc. & l. 1.
C. res inter alios actas, vel
iudicatas alijs non nocere.
Hoſtienſ. in ſua ſumma in
tit. de re iudic. in verſ. qui-
bus noceat, vel non noceat
res iudicata.

Et in actionibus præiudi-
cialibus ad hoc, vt ſententia
17 lata faciat † ius, quo ad om-
nes ſex requiruntur. Primum,
quod ſit legitimus petitor, &
contradictor. Secundũ, quod
interuenerit plena defenſio.
Tertium, quod ſententia fue-
rit lata verbis affirmatiuis.
Quartum, quod nõ fuerit de-
tecta colluſio. Quintum,
quod verè cauſa ſit præiudi-
cialis. Sextum, quod fuerit
principaliter diſcuſſum. Are-
tin. in §. præiudiciales num. 6
vbi Iaſ. num. 28. Inſtit. de
action. Vide Alex. conſ. 21.
col. 1. lib. 1. Cephal. conſ.
307. num. 78. & conſ. 442.
num. 49.

LIBER DVODECIMVS, In quo declaratur materia inſtitutionis.

CAPVT PRIMVM.

Quid ſit inſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio propria quid ſit.*
2 *Inſtitutio large ſumpta continet inueſtituram, & immiſſionem in poſſeſſionem.*
3 *Inſtitutio, collatio, ordinatio, & confirmatio in quibus differant.*

1 INſtitutio † propria, per quam præſentatus à patrono inſtituitur, dicitur tranſlatio iuris non libera à Superiore facta, ex qua plenum ius datur inſtituto, ita Abb. in cap. auctoritate. num. 7. de inſtitut. quod ſit iuris tráſlatio, probat gloſ. in cap. 1. de regul. iur. lib. 6. eſt tranſlatio non libera, quia Superior velit nolit, tenetur præſentatum idoneum inſtituere. cap. paſtoralis. & c. quod autem. de iurepatron. & cap. decernimus. 16. quæſt. 7. In-
2 ſtitutio † tamen large, & in genere ſumpta continet inueſtituram, immiſſionem in poſſeſſionem, & inſtitutionē auctorizabilem, quæ datur ab Archidiacono. cap. ad hæc. de offic. Archidiac. continet collationem, omnem modum prouidendi, & omnem canonicum titulum. gloſſ. in dicto cap. 1. vbi Dyn. Ioan. Andr. & Petr. de Anchar. & refert Lam-

Lamber. de iurepatron. lib. 2. par. 3. quæſt. 1. art. 1. Sed in caſu noſtro de inſtitutione in ſpecie ſumpta tantum tractatur, quæ cadit ſuper præſentatione facta à patrono. Et 3 in quibus † differant electio, nominatio, poſtulatio, præſentatio, confirmatio, inſtitutio, ordinatio, & collatio. ponit Abb. in dicto cap. auctoritate de inſtitut.

CAPVT SECVNDVM.

Inſtituendi poteſtas regulariter penes Epiſcopum reſidet, ſeu eius Vicarium.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſolus de iure communi poteſt inſtituere.*

2 *Nec requiritur conſenſus Capituli.*

3 *Inferior poteſt inſtituere ex priuilegio, ita & Vicarius.*

4 *Epiſcopus poteſt delegare facultatem inſtituendi.*

5 *Collatio, & præſentatio ante vocationem non poſſunt delegari.*

6 *Capitulum, ſeu eius Vicarius ſede Epiſcopali vacante poteſt inſtituere.*

7 *Epiſcopus ille inſtituit, coram quo fuit facta præſentatio, quando eccleſia eſt in confinibus duarum Diœceſum.*

8 *Delegatus ad ordinandam eccleſiam ad præſentationem patroni debet operari, vt habens inſtituere inſtituat.*

9 *Beneficialis cauſæ cognitio ſi alicui committatur, eſt etiam commiſſa collatio, & inſtitutio.*

1 DE iure communi † ſolus Epiſcopus poteſt præſentatos inſtituere. cap. ex frequentibus. de inſtitut. cap. 1. de inſtitut. lib. 6. cap. cum ſatis. de offic. Archidiac. Clement. plures. de iurepatron. & in pluribus Capitulis tituli de iurepatronat. Abb. in cap. cum eccleſia Vulterrana. columna 3. de elect. Dec. conſil.

ſil. 121. quod limita ſecun-
dum Felin. in cap. cum vene-
rabilis. num. 32. & ſequenti-
bus de exception. poteſtq; ſo-
lus Epiſcopus inſtituere abſ-
que conſenſu Capituli. Car-
din. in Clem. prima de ſup-
plen. neglig. Præl. num. 11.
& ſequentibus. quod proba-
tur in cap. nobis. de iurepatr.
vbi dicit text. præſentatio-
nem eſſe faciendam Epiſco-
2 po, nec de Capitulo † men-
tionem facit, & Epiſcopus ha
bet intentionem fundatam
ſuper omnibus beneficijs ſuæ
Diœceſis. Cardinalis Sera-
phinus deciſ. 1353. num. 3.
Ideo & ab Epiſcopo ſolo
fieri debet inſtitutio, & ita
ſeruatur in praxi, & de con-
ſuetudine, qua ſtante tenet
inſtitutio. cap. non eſt de
conſuetud. lib. 6. Poteſt au-
3 tem Inferior † inſtituere
abſque Epiſcopo ex priuile-
gio, vt eſt in Capitulo Piſa-
no. Eandem poteſtatem in-
ſtituendi habet Vicarius Epi-
ſcopi habens generale man-
datum, ita colligitur ex di-
cto cap. ex frequentibus, &
notatur in cap. vlt. de offic.
Vic. lib. 6. in gloſſ. in verbo
non poſſunt, vbi Archidiac.
& Domin. tradit Sbrozius in
ſuo tractatu de offic. Vicarij.
lib. 2. quæſt. 11. vbi num. 13.
teſtatur hanc eſſe communem
opinionem. Et ita in praxi
ſeruatur, & tenet vſus com-
munis. Quæ inſtituendi fa-
4 cultas † poteſt ab Epiſcopo
ſpecialiter delegari etiam an
te vacationem: & ratio eſt,
quia inſtitutio fit coacte ad
præſentationem patroni, &
ceſſat votum captandæ mor-
tis. Ioan. Andr. & Domin. in
cap. ſi confirmationem. de
5 elect. lib. 6. Non poteſt † ta-
men delegari collatio, nec
præſentatio ante vacationem
ob dictum votum captandæ
mortis. Abb. in cap. vlt. de
conceſſ. præben. Sede autem
6 Epiſcopali † vacante Capitu-
lum, ſeu eius Vicarius poteſt
inſtituere. cap. 1. de inſtitut.
lib. 6. Calderin. conſ. 3. de
iurepatron. Abb. in cap. cum
olim. de maior. & obedien.
quamuis non poſſit conferre
beneficia, quæ ſolet confer-
re Epiſcopus. dicto cap. 1. &
cap. vnico ne ſede vacante.
libro 6. tradit Quaranta in
ſua ſumma Bullarij, in verbo
Capitulum ſede vacante, ver-
ſiculo nono quæro. Et ſi ec-

7 cleſia † patronata ſit in confinibus duarum Diœceſum, Epiſcopus ille inſtituet, coram quo facta fuit præſentatio, ſupra dictum eſt in libro octauo. cap. 8. Verum ſi Pa-
8 pa † deleget alicui, vt ad præſentationem eius, quem eſſe patronum nouerit ordinet ecclesiam, talis Delegatus non poterit præſentatum inſtituere, ſed tantum debebit declarare, vt inſtituat ille, qui habet auctoritatem inſtituendi; ita habetur in cap. ſuper eo. de offic. delegat. Rocch. de Curte, de iurepatronat. in verbo competens. quæſt. 33. Ideoque talis delegatus poteſt mandare habenti inſtituere, vt inſtituat, & ordinet eccleſiam, & vide Barbatiam in dicto cap. ſuper eo. col. 7. & ibi Innoc. Abb. & alios dicentes talem delegatum poſſe inſtituere ſi conſentiat habens ius inſtituendi, vel non contradicat: ſed contra dictum text. in dicto cap. ſuper eo, opponitur de text. in Clement. auditor de reſcript. vbi habetur, quod quando com-
9 mittitur † alicui cauſæ beneficialis cognitio, committitur & collatio, ergo & inſtitutio. Ad obiectum dicas dictam Clement. auditor, loqui tantum in collatione: non in inſtitutione, & non corrigere text. in dicto cap. ſuper eo. ita Abb. in dicto cap. ſuper eo, & Cardin. in dicta Clement. auditor: & de his late Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. parte 3. quæſtione 1. articulo nono.

CAPVT TERTIVM.

Ius inſtituendi poteſt competere etiam Prælatis inferioribus.

SVMMARIVM.

1 *Ius inſtituendi poteſt competere etiam Inferiori.*

2 *Inſtitutio auctorizabilis an poſſit competere Inferiori, dubium eſt.*

3 *De-*

3 *Deuolutio ſit ad habentem inſtituere, ſi patronus non preſentauit, vel præſentauit indignum.*

4 *Capitulum Piſanum habet inſtitutionem certorum beneficiorum.*

5 *Concil. Trident. Seſſ. 14. de reform. cap. 12. vbi hodie facultas inſtituendi Epiſcopo tan tum reſeruari debet.*

6 *Patronus ſecundum ius tenetur præſentare coram Epiſcopo.*

7 *Laicus poteſt inſtituere ex Papæ priuilegio.*

8 *Vel ex conſuetudine, ſeu ex præſcriptione.*

9 *Patronus poteſt ad tempus clericum ponere, & deponere cum conſenſu Epiſcopi.*

10 *Laicus non poteſt deſtituere, etiamſi poſſit inſtituere.*

11 *Inferior habens ius inſtituendi non habet ius deſtituendi.*

12 *Capitulum Piſanum habet ius inſtituendi, & deſtituendi.*

13 *Religioſi ſi fiant patroni, attamen non poterunt inſtituere.*

14 *Abbas habens Eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas, in eis habet etiam ius inſtituendi.*

15 *Inſtitutio ad quos pertineat regulariter.*

16 *Inſtitutio ibi cadit, vbi cadit præſentatio.*

1 IVs † inſtituendi poteſt cōpetere etiam inferioribus Prælatis ex cauſa ſpeciali, nēpe ex priuilegio, ex præſcriptione, ſeu ex conſuetudine. cap. 2. & cap. 3. de inſtitut. Cardin. in cap. cum veniſ-
2 ſent. de inſtitut. ſed † inſtitutio auctorizabilis, per quam tribuitur poteſtas exercendi curam, an poſſit ſpectare ad Inferiorem Epiſcopo, niſi Epiſcopi accedat aſſenſus, dubium eſt, vt notatur in cap. cum ſatis. de offic. Archid. Et
3 ad talem habentem † ius inſtituendi, etiamſi ſit inferior ſit deuolutio prouiſionis, ſi patronus non prçſentauit, vel indignum ſcienter præſentauit: quæ inſtitutio poteſt pertinere ad Inferiorem ex diſpoſitione Fundatoris; quia in limine fundationis cum Epiſcopi conſenſu ſit reſeruata inſtitutio Inferiori. Abb. in cap. nobis. de iurepatronat. tradit Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 3. quæſt. 1.
4 art. 10. & ad † Piſanum Capitulum multorum beneficio-

rum ſpectat inſtitutio, & ad-
ueniente vacatione inſtituit.
5 Hodie autem † ex diſpoſitio-
ne Concil. Trident. Seſſ. 14.
de reform. cap. 12. huiuſmo-
di inſtitutio Epiſcopo, & non
alteri Inferiori reſeruari de-
bet, & ibidem cap. 15. ha-
6 betur, quod patronus † ceſ-
ſante priuilegio tenetur Epi-
ſcopo præſentare, ad quem
inſtitutio iure pertinet, alias
præſentatio ac inſtitutio nul-
læ ſint, ac eſſe intelligantur:
& in praxi in beneficijs de
nouo fundatis vidi ſeruari plu
ries: ſemper enim eorum in-
ſtitutio Illuſtriſſimo Archie-
piſcopo Piſano fuit reſeruata.
7 Notandum † eſt etiam,
quod etiam laico poteſt ac-
quiri ius inſtituendi ex priui-
legio Papæ. Cardin. in cap.
nobis. §. cæterum. quæſt. 6. de
iurepatronat. Lambertin. vbi
8 ſupra art. 11. Quod ius † ac-
quiri poteſt laico ex conſue-
tudine etiam, ſeu præſcriptio-
ne temporis immemorabilis,
ſi fuerit per Papam approba-
ta. Cardin. & Doctor. in cap.
præterea il primo, de iurepa-
tronat. Lambertin. vbi ſupra.
art. 12. Et ad patronum po-
9 teſt † ſpectare presbyterum
ad tempus ponere, & depo-
nere, ſi retinuit dominium,
& cuſtodiam rerum donata-
rum eccleſiæ, vel hoſpitali de
conſenſu Epiſcopi. Io. Andr.
in cap. de monachis. col. 2. de
præb. & ibi Card. quæſt. 6. &
Abb. quod procedit tantum
in patrono eccleſiaſtico. di-
cto cap. de monachis, & Car-
din. in Clement. prima de
ſupplen. neglig. Præl. Et da-
10 to, † quod laicus habeat ius
inſtituendi, non tamen habe-
bit ius deſtituendi. Et ſi Præ-
latus inferior habeat ius in-
ſtituendi, non habet tamen
11 ius † deſtituendi, niſi & hoc
ius habeat ex Papæ priuile-
gio. Lambertin. vbi ſupra
12 art. 14. Et Capitulum † Piſa-
num non ſolum habet ius in-
ſtituendi, verum etiam ab an-
tiquiſsimo tempore habet ius
deſtituendi. Verum poteſt lai-
cus inſtituere improprie, ideſt
ordinare Priorem, ſeu Præfe-
ctum in Collegio laicali; ſed
talis non eſt inſtitutio, de
qua nos loquimur, vt dicit
Lambertin. vbi ſupra art. 15.
13 Inſuper † ſciendũ eſt, quod
ſi aliquo legitimo titulo ad
Religioſos, & Regulares exẽ-
ptos peruenerit iuſpatrona-
tus,

tus, non tamen ad eos tranſiuit ius inſtituendi: ita habetur in cap. cum ſeculum. de iurepatronat. & ibi Card. Sed Epiſcopus inſtituet ſiue alius inferior habens ius inſtituendi, ad notata per Cardin. in dicto cap. de Monachis. quæſt. 7. & per Lamber.
14 vbi ſupra. artic. 16. Si vero † Abbas habeat aliquas eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas, in eis habebit etiam ius inſtituendi. cap. in Lateranen. & ibi Doctor. de præben. Et ad
15 quos regulariter † pertineat inſtitutio, vide Hoſtienſ. in ſua ſumma in tit. de inſtitut. in verſ. quis poſsit inſtituere, & in tit. de offic. Ordinarij. §. quid pertinet. & Dinum, Ancharan. & Ioan. Andr. in cap. primo de regul. iur. lib. 6.
16 Quæ inſtitutio † regulariter ibi cadit, vbi cadit patroni præſentatio, quæ præſentatio vbi locum habeat, late ſupra dictum eſt.

CAPVT QVARTVM.

Inſtitutio debet fieri poſt præſentationem ſeruata forma Iuris.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio fieri non poteſt antequam fiat præſentatio.*

2 *Et ſi ante fieret, per ſuperuenientem præſentationem conualidaretur.*

1 INſtitutio fieri† non poteſt antequam fiat præſentatio, præſertim cum ante inſtitutionem ſeruanda ſit forma text. in cap. vltimo. de elect. lib. 6. Requiſita ad inſtitutionem obtinẽdam, ſunt, vacatio beneficij, exiſtentia iuriſpatronatus, habilitas præſentati, & præſentatio facta in tempore. vide Farinac. parte ſecunda, tomo primo. Deciſ. 337. num. 1. quod ſi an-
2 te † præſentationem fieret inſtitutio, & poſtea ſubſequeretur præſentatio, conuali-

daretur dicta inſtitutio per ſuperuenientem validitatem ex vi dictæ præſentationis, faciunt notata in cap. cura. de iurepatronat. ita poteſt intelligi Bald. in l. ex placito. C. de rerum permut. & in l. ſiue initio. C. de codicill. vide Lamber. de iurepatron. lib. 2. p. 3. quæſt. 2. art. 1.

CAPVT QVINTVM.

Inſtitutio facta ſpreto patrono nunquid ſit ipſo iure nulla, an vero ſit annullanda.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio facta ſpreto patrono nulla eſt.*

2 *Collatio Epiſcopi facta ipſi patrono ex poſt facto conſentienti valet.*

3 *Inſtitutio facta præſente patrono valet.*

4 *Præſens & tacens habetur pro conſentiente.*

5 *Taciturnitas habetur pro conſenſu.*

6 *Beneficium collatum tanquam deuolutum, cum non eſſet deuolutum, nulliter eſt collatum.*

7 *Ratificatio patroni actum conualidat.*

8 *Collatio Epiſcopi facta abſente patrono, qui poſtea præſentauit, nulla eſt.*

9 *Si tamen patronus poſtea conſentiat, valet.*

10 *Collatio Epiſcopi nulla aliquando conualidatur.*

11 *Collatio Epiſcopi non valet, ſi deuolutio fiat ad inferiorem.*

12 *Permutatio beneficiorum ſine conſenſu patronorum eſt nulla.*

13 *Collatio Epiſcopi valet ſpreto patrono, quando patronus non poteſt præſentare quem vult.*

14 *Collatio facta à legato de latere ſpreto patrono eccleſiaſtico valet.*

15 *Inſtitutio facta ad præſentationem patroni, qui iuſpatronatus donauit, non eſt ipſo iure nulla.*

16 In-

16 *Inſtitutio quando ſit ſpreto patrono, non refert vtrum ſit verus patronus, vel in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi.*

17 *Inſtitutio Epiſcopi facta ſpreto patrono poteſt à ſuo Vicario reuocari.*

18 *Collatio Epiſcopi præfertur ſi concurrat cum collatione Vicarij.*

19 *Inſtitutio fieri poteſt etiam poſt mortem præſentantium.*

20 *Patroni laici poſſunt variare intra debitum tempus.*

21 *Modus recognoſcendi patronum eſt, quando poſt inſtitutionem pronunciatur patronus.*

22 *Caſus, in quibus conſenſus patroni validat inſtitutionem.*

23 *Patroni conſenſus habetur pro præſentatione in permutatione, & reſignatione.*

1 INſtitutio † ſi fiat abſque patroni præſentatione, & patrono ſpreto, nulla eſt. cap. decernimus. 16. quæſt. 7. facit tex. in cap. illud. vbi Hoſtien. & Abb. de iurepatron. idem Abb. in capit. ex inſinuatione. de iurepatronat. An autem talis inſtitutio ſit ipſo iure nulla, vel potius ſit annullanda, ponas plures concluſiones cum Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 3. quæſtione 2. artic. 2. num. 7. & ſequentibus.

2 Prima † ſit concluſio, quando Epiſcopus contulit beneficium patronatum ipſimet patrono ex poſt facto conſentienti, & tunc valida eſt, ſecundum Abb in ſua quæſt. 5. incip. Augerio. in ſecundo dubio. num. 7. & ratio eſt, quia non poteſt dici facta ſine conſenſu patroni, eo quia patronus aſſenſum præſtitit, licet ex poſt facto. vide Felin. in cap. cum Bertoldus. col. 4. de re iudicata.

3 Secunda † concluſio, quãdo inſtitutio fuit facta alteri, ſed præſente patrono, tali caſu patronus habetur pro conſentiente. Abb. vbi ſupra. in
4 dicta quæſt. Quoties † enim agitur de præiudicio præſentis, & tacentis, qui contradicendo poteſt actum impedire; ſi non contradicat, habetur pro conſentiente. gloſ. vlt. in l. Caius. ff. de pignorat. act. & in c. nonne. de præſumption. & in cap. is, qui tacet. de regul. iur. libro 6. faciunt dicta per Felin. in c. ſuper eò. ante finem. de off.

deleg. & in dicto cap. cum Bertoldus. col.4. limit. 3. Et
4 tali caſu † taciturnitas habetur pro conſenſu, fauore cultus diuini, vt eccleſia ordinetur, ſi fuit præſens patronus vocatus, ſeu non vocatus, dummodo fuerit præſens.

6 Tertia † concluſio, quando patronus eſt abſens, & Epiſcopus beneficium contulit tanquam deuolutum, cum vere non eſſet deuolutum, & tunc non tenet collatio, cum nondum patronus eſſet priuatus iure ſuo. per text. in cap. ex parte. cum ibi noratis. de conceſſ. præben. Abb. in dicta quæſt. 5. incip. Augerio. Rot. Roman. de iurepatron. in antiquis. deciſ. 10 Felin. in dicto cap. cum Bertoldus. colum. 4. limitat. 1.
7 Nec ſequens † ratificatio patroni poteſt actum conualidare, cum non poſſit à patrono ratificari id, quod eius nomine non fuit factum. cap. ratum. de reg. iur. lib. 6.

8 Quarta concluſio † quando Epiſcopus ſimpliciter contulit beneficium abſente patrono, qui poſtea venit, & infra tempus ſibi à iure conceſſum præſentauit alterum, & tunc collatio Epiſcopi eſt ipſo iure nulla. Abb. vbi ſupra. colum. 14. dicto cap. decernimus. Felin. in dicto ca. cum Bertoldus. col. 3.

9 Quinta † concluſio, quando Epiſcopus contulit beneficium, & patronus infra debitum tempus aſſenſum præſtitit expreſſe, & tunc valet collatio, prout ex nunc, non prout ex tunc. Abb. vbi ſup. colum. 14. Felin. in dicto c. cum Bertoldus. colum. 4. in princip.

10 Sexta † concluſio, quando Epiſcopus contulit beneficium, & patronus infra debitum tempus ei à iure datũ ad præſentandum non conſentit, nec contradicit, vel ſcienter prẹſentauit indignũ, & ſic remanſit priuatus iure ſuo; & tunc dicta collatio Epiſcopi conualidatur irreuocabiliter abſque noua collatione. Abb. vbi ſupra. Felin. in dicto cap. cum Bertoldus co-
11 lumna 5. in fine. Si tamen † collatio deuoluatur ad Inferiorem Epiſcopo habentem inſtituere, & tamen Epiſcopus cõferat; talis collatio nulla eſt, cum ſpectet ad inferiorem. Abb. vbi ſupra, quo caſu

caſu Epiſcopus tenetur prouidere de alio beneficio illi, cui male contulit dictum beneficium. cap. inter cætera iuncta ibi gloſſ. in verbo aſſignauit.
12 de præben. Similiter † ſi beneficiati permutent beneficia iuriſpatronatus ſine conſenſu patronorum, & abſque eorum conſenſu Epiſcopus cōfirmet permutationem, talis confirmatio eſt ipſo iure nulla, per tex. in dicto cap. decernimus, ſed reconualeſcit per ſuperuenientem patronorum. conſenſum tacitum, vel expreſſum, ſecundum Card. in Clement. 1. col. 14. de ſupplen.
13 neglig. Præl. Neque † attenditur patroni conſenſus quando non poteſt præſentare quem vult, tunc enim ſpræto patrono inſtitutio, ſeu collatio Epiſcopi valida erit. Felin. in dicto cap. cum Bertoldus. col. 6. limit. 6.
14 Septima † concluſio. collatio beneficij facta à legato de latere, ſpreto patrono eccleſiaſtico, valet: idem eſt ſi Papa diſponit de beneficio patroni laici iuripatronatus expreſſe derogando, vt in cap. cum dilectus. de iurepatron. Abb. in cap. illud. in fine. de iurepatronat. Sed ſi inſtitutio
15 fiat † ad præſentationem patroni, qui antea iuſpatronatus donauit, non eſt ipſo iure nulla; ſed debet irritari ad inſtantiam donatarij. ita habetur in dicto cap. illud. in fine. in verſ. ſi vero. Et quando fit
16 inſtitutio † ſpreto patrono, nō refert an ſit verus patronus, an vero ſit in quaſi poſſeſſione iuriſpatronatus, ſeu iuris præſentandi, cum hæc duo æquipolleant. Cardin. conſilio 69. num. 4. Rocch. de Curte. de iurepatronatus. in verbo, honorificum. quæſt. 1. in fine.
17 Octaua † concluſio, quod ſi inſtitutio facta ſit ab Epiſcopo ſpreto patrono, poteſt eadem reuocari ab eius Vicario generali inſtante patrono, & debet inſtituere præſentatum à patrono. ita Ioan. Andr. in cap. 2. de offic. Vic. lib. 6. per dictum cap. decernimus. 16. quæſt. 7. cum nulla ſit ea facta ab Epiſcopo, ſecus ſi eſſet valida. Verum
18 ſi eodem † die ſit facta collatio beneficij ab Epiſcopo extra Diœceſim, & ab eius Vicario generali in Diœceſi, præfertur facta ab Epiſcopo, quia ſu-

ſuperior. Calderin. conſ. 2. de offic. Vicar. incip. an collatio Epiſcopi. vide Lambertin. artic. 3. vbi ſupra.

19 Inſuper † eſt notandum, quod inſtitutio fieri poteſt per habentem inſtituere, etiã poſt mortem præſentantium, licet alij ſucceſſerint patroni per ea, quæ dicit Bart. in leg. ſi ita §. ſi domus. ff. de

20 leg. 1. Poſſunt † tamen patroni ſuccedentes variare ſi ſunt laici, & ſi adhuc tempus duret datum ad præſentandum, quia dicuntur vna, & eadem perſona ſucceſſores cum prædeceſſoribus, per dicta ab Abb. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitution. de quo vide Lambertinum vbi ſupra artic. 4. & etiam poſt inſtitutionem poteſt fieri præſentatio. cap. ſi vero, vbi gloſ. vlt. de iurepatronatus. vbi Abbas. Et hic eſt vnus modus recognoſcendi

21 verum patronum, vt † ſit ille, qui pronunciatur patronus poſt inſtitutionem factam ab Epiſcopo, & idem dicunt Doctor. in cap. eam te de iurepatronatus, & Abb. in cap. per noſtras numer. 3. de iurepatronatus. Et quam-

22 uis talis † præſentatio non conualidet inſtitutionem validam iam ſecutam, poſſunt tamen dari caſus, vt ſupra, in quibus ſolus conſenſus patroni validat inſtitutionem.

23 Et in † permutatione, ſeu reſignatione, conſenſus patroni habetur pro præſentatione: & in praxi vidi pluries conſenſus patronorum præſtitos poſt inſtitutionem, & ab Ordinario admiſſos, ex quibus conſeruatur quaſi poſſeſſio patronorum, & de hoc Lambertinus, vbi ſupra artic. 5. Scias tamen, quod penſio annua poteſt imponi ſuper fructibus beneficij, quod eſt de iurepatronatus, ſine conſenſu patroni vide Gigantem de penſionibus. quæſt. 23.

CA-

CAPVT SEXTVM.

Habenti inſtituere nullum eſt à iure tempus præfixum ad inſtitutionem faciendam.

SVMMARIVM.

1 *Inſtituere habenti nullum eſt tempus præfixum ad inſtituendum.*

2 *Superior poteſt tempus præfigere inſtituere habenti.*

3 *Superior vbi non eſt præfixum tempus à iure, poteſt ex officio præfigere.*

4 *Archiepiſcopus poteſt præfigere tempus Epiſcopo ſuffraganeo inſtituere habenti.*

5 *Superior ſi ex iure deuoluto conferre debeat beneficium, habet ſemeſtre.*

6 *Papa nullo tempore limitato tenetur conferre beneficia.*

1 Tempus à † iure præfixum non reperitur habenti inſtituere, intra quod facienda ſit inſtitutio, ſicuti præfixum eſt collatori ad conferendum. Rot. Roman. de iurepatr. in nouis. deciſ. 4. incip. ſecundum omnes. Po-
2 teſt † tamen per Superiorem certũ tempus aſſignari habẽti inſtituere infra quod ſi non inſtituerit, poteſt poſtea illũ compellere. c. nullus. de iurepatr. Lamb. de iurepatr. lib. 2 par. 3. q. 2. art. 6. & quod Su-
3 perior † vbi à iure nõ eſt pręfixum tempus poſſit certum tempus præfigere, aliaque facere, vide Abb. in cap. poſtquam. num. 8. in fine. de elect. & in cap. cum Eccleſia Vulterrana. num. 7. de elect. & in cap. ex parte. columna penult. de conceſſ. præbend. & in cap. ab excommunicato. colum. 4. de reſcript. facit tex. in cap. ſi Capitulo. in fine. de conceſſ. præbend. libro 6. & tex. in cap. irrefragabili. §. exceſſus. & ibi Felin. de offic. Ordin. capit. ſacro. in fine. de ſentent. excõmu-

municat. & in clemen. prima de iurepatronatus. facit gloſ. penult. in cap. vlt. §. vlt. de conſuetud. libro 6. & inſuper Lambertinus vbi ſupra putat ſuperiorem debere præfigere tempus duorum menſium ad inſtituendum, poſt quatuor menſes datos ad præſentandum; ſed hæc omnia arbitrio Superioris remittuntur. iuxta notata in cap. de cauſis. de offic. deleg. & ideo dicit Abb. in cap. 2. num. 12 de conceſſ. præbend. Quod
4 ſi ad † Epiſcopum pertineat inſtitutio, poterit Archiepiſcopus eius Metropolitanus eidem Epiſcopo præfigere tempus, eiusque negligentiam ſupplere, quod declarat Lambertin. vbi ſupra. articulo 7.

5 Adde † ſupradictis, quod ſi quis debeat conferre, ſeu inſtituere ex iure ad ſe deuoluto ex negligentia patroni, vel ex negligentia habentis inſtituere, eo caſu habet ſemeſtre ad conferendum, ſeu inſtituendum. Abb. in cap. cauſam quæ. numero 6. de elect. Rot. Roman. de ſupplen. neglig. Prælat. in nouis. deciſio. prima, incip. fuit dubitatum. Rocch. de Curte. de iurepatronat. verbo, honorificum. quæſt. 32. quod ſemeſtre currit à die notitiæ. cap. 2. & ibi gloſſ. in verbo, infra ſex menſes. de conceſſ. præbend. & tradit Lambertin. vbi ſupra.
6 articulo 8. Papa vero † nullo tempore limitato aſtringitur ad conferendum, etiam ſi ſciat deuolutionem ad ſe factam, ſecundum Ioan. And. in capitulo 3. de præbend. libro 6. & ibi Philipp. Franc. columna tertia. Rot. Roman. de iurepatronatus. in nouis. deciſ. ſexta. incip. ſi propter negligentiam. & Abb. in capitulo vltimo de iurepatronatus.

CAPVT SEPTIMVM.

Inſtitutio poteſt fieri quocumque die, & quocumque loco honeſto, & etiam extra territorium inſtituentis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio poteſt fieri, etiã die feriata.*

2 *Et in Eccleſia, & in quocunque loco honeſto.*

3 *Inſtitutio aliquo inſtante, vel cum cauſæ cognitione fieri nequit extra diœceſim habentis inſtituere.*

4 *Inſtitutio ſit, etiam ſi præſentatio ſimpliciter admiſſa ſit.*

5 *Et ideo in praxi præſentatio admittitur, ſi. & in quantum.*

6 *Executor litterarum Apoſtolicarum procedere poteſt extra ſuam diœceſim.*

1 INſtitutio cum † ſit actus extraiudicialis, poteſt fieri etiam die feriato, ſicuti fit præſentatio, dummodo fiat extra ſententiam, & figuram iudicij, vt ſupra dictum eſt in materia præſentationis.
2 Inſtitutio † autem poteſt fieri in Eccleſia, & in quocumque loco etiam non ſolito, dummodo honeſto. Bald. Hoſtien. Imol. Præpoſ. & alij in cap. qua fronte. de appellat. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 3. q. 2. artic. 10. Extra territorium
3 autem † Ordinarij, eiuſque Diœceſim, numquid poſſit fieri inſtitutio: dicendum eſt, quod ſi aliquo inſtante, vel ex officio habens inſtituere cum plena cauſæ cognitione ad inſtitutionem procedat, tunc inſtitutio fieri non poteſt extra territorium, niſi de conſenſu Ordinarij loci illius, & partibus non contradicentibus. Abb. in capit. nouit. num. 4. de offic. leg. Rocch. de Curte de iurepatron.

tron. in verbo, competens alicui. quæſt. 34. Lambert. vbi ſupra. artic. 11. Et talis in-
4 ſtitutio † dicitur fieri per ſolam admiſſionem præſentationis ſine aliqua conditione, etiamſi non dicat admittens præſentationē. inſtituo, ſed dicat ſimpliciter, admitto. Dominic. de ſancto Geminiano poſt alios in cap. 1. de præbend. libro 6. Lambertin. vbi ſupra. artic. 12. Et ideo
5 ad † excludendam inſtitutionem regulariter in praxi admittitur præſentatio non ſimpliciter, ſed cum additione, ſi & in quantum. Exequutor
6 autem † litterarum Apoſtolicarum poteſt procedere etiam extra ſuam Diœceſim. vide Dominic. de ſancto Geminiano late de hac re diſſerentem. in cap. ſtatutum. §. in nullo quoque. num. 6. de reſcript. libro 6. Oldrad. conſil. 295. & Reuerendiſſimum Dominum Marcum Antonium Genuenſem in ſua praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ capitulo 69. de cauſis deleg. plura frequentia in praxi. n. 3. & ibi in adnotationibus. n. 12.

CAPVT OCTAVVM.

Inſtitutio facta per errorem, vel per metum, vel non canonice, non tenet.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio facta per errorem, vel non canonicè, non tenet.*

2 *Error eſt, aliud pro alio putare.*

3 *Inſtitutio metu facta non tenet.*

4 *Inſtitutio facta impetu, ira, vel ebrietate, vel ſimoniace, non tenet.*

1 INſtitutio facta † per errorem, vel non canonice, non tenet. Firman. in tractatu de Epiſcopo in tertia parte ſecundæ partis principalis tertij

tertij libri. argumento text. in l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omn. iudic. dicit id eſſe verum, in confirmatione: idemq; dicit procedere in inſtitutione. Lambert. de iurepatronat. lib. 2. parte 3. quæſt. 2. articulo 13. Error
2 autem † eſt, aliud pro alio putare. cap. quamuis. diſtinct. 38. & ſi inſtituens, errando vnum pro alio inſtitueret, vel quia putabat præſentantes eſſe patronos, quos reperit non eſſe, vel præſentatum fuiſſe idoneum, quem non idoneum reperit: ſi autem inſtitutio ſit facta ab aliquo habito per errorem tanquam tali, ſi error ſit communis, quia communiter talis ab omnibus tenetur, valet inſtitutio. Firman. vbi ſupra. quæſtio. 18. Innocen. in cap. nihil. & ibi Abb. de electio. Felin. in cap. Rodulphus. in fine. de reſcript. Et ſicuti ſu-
3 pra dictum eſt, non † valere præſentationem metu factam, ita & inſtitutio metu facta non tenet. Firman. vbi ſupra. quæſt. 19. & caſu quo inſtitutio non teneat, non per hoc vitiatur præſentatio. facit text. in cap. vlt. de elect. libro 6. eadem ratione non
4 tenet † inſtitutio facta impetuoſe, vel calore iracundiæ, vel per ebrietatem, vel per ſimoniam: & de clerico peregrino dicendum eſt, quod poteſt inſtitui eo caſu, quo diximus ſupra poſſe præſentari. vide Lāb. vbi ſup. ar. 17.

CAPVT NONVM.

Inſtitutio poteſt iterari.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio poteſt iterari.*

2 *Patronus ſi vult conſeruare ſuum ius, poteſt repræſentare, & tunc iteratur inſtitutio.*

3 *Inſtitutio ſecunda tenet, ſi prima fuit facta ab eo, de cuius auctoritate dubitatur.*

1 INſtitutio † autem ab eadem perſona iterari poteſt quan-

quando de primæ inſtitutionis firmitate dubitatur, & tũc ſecunda inſtitutio tenet. argumento eorum, quæ dicit gloſſ. vlt. in cap. vlt. 3. q. 4.
2 Et quando † patronus pro cõſeruatione ſui Iuris vult repręſentare, iteratur inſtitutio, non pro neceſſitate inſtituti, ſed vt patronus conſeruetur in ſua quaſi poſſeſſione. Verum
3 ſi † inſtitutio facta ſit ab vno, de cuius auctoritate dubitatur, ſi fiat alia inſtitutio ab altero, ea tenet. cap. poſt electionem. de conceſſ. præben. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 3. quæſt. 2. artic. 18.

CAPVT DECIMVM.

Habens inſtituere ſi fiat patronus, vel ex iure deuoluto debeat beneficium conferre, nunquid hæc vnico actu expediat.

SVMMARIVM.

1 *Superior habens inſtituere ſi fiat patronus, quomodo actum expedire debet.*

2 *Eo caſu prius debet ipſe, vel eius procurator præſentare, & poſt inſtituet.*

3 *Idem eſt, ſi ſuperior ſit patronus iure ſui patrimonij, vel vt compromiſſarius debeat præſentare.*

4 *Epiſcopus factus patronus, vt Epiſcopus poteſt actum ſicut vult expedire.*

5 *Superior ſi præſentare debeat cum conſilio alterius, actus fieri debent ſeparati.*

6 *Superior conferens beneficium deuolutum expedit actum vnico contextu.*

7 *Inſtitutio fieri debet ſeruato cap. vlt. de elect. lib. 6.*

1 DVbium eſt † an habens inſtituere ſi patronus efficiatur, vel ex iure deuoluto conferre debeat beneficium, poſſit hæc omnia vnico actũ expedire. Ad cuius du-

dubij reſolutionem conſiderandi ſunt infraſcripti caſus; de quibus loquitur Lambert. de iurepatronat. lib. 2, par. 3. quæſt. 2. art. 19. &

2 Primus eſt † caſus, quando in Epiſcopo concurrerent duę qualitates, nempe quia eſſet Abbas alicuius eccleſiæ, & tanquam Abbas eſſet patronus alterius eccleſiæ, & tanquam Epiſcopus haberet ius inſtituendi in dicta eccleſia patronata: tunc non expediuntur hæc vnico actu; ſed debēt hæc ſeparate fieri; ideſt, Primo debet tanquam Abbas præſentare, vel melius eſſet, quod procurator nomine Abbatis præſentaret, & poſtea Epiſcopus inſtituat ſecundum text. in cap. à collatione. de appellat. lib. 6. & in cap. cum olim cum ibi notatis per Felin. de re iudic. & eo caſu ſeruandus erit tex. in cap. vlt. de elect. lib. 6. Idem

3 eſt † dicendum quando ad habentem inſtituere ſpectat iuſpatronat. ratione ſui patrimonij, vel ſi talis habeat compatronos. Idem etiam eſt, ſi compromittatur ius præſentandi in habentem inſtituere, vel eidem tanquam priuatæ perſonæ ſit facta donatio iuriſpatronatus.

4 Secundus eſt † caſus, quando in Epiſcopum tanquam Epiſcopum fuit à laicis patronis trāslatum iuſpatronatus: & tunc eſt in Epiſcopi arbitrio negocium expedire vnico actu, vel duplici.

5 Tertius † eſt caſus, quando fit translatio iuriſpatronatus in habentem inſtituere, cum reſeruatione, quod præſentet cum conſilio puta Archidiaconi, vel alterius, vel præſentet aliquem de tali familia: & tunc tales actus ſunt ſeparatim expediendi. Abb. in cap. ne pro defectu. num. 4. de elect.

6 Quartus, & † vltimus eſt caſus, quādo ex deuolutione Superior debet conferre beneficium: & tunc vnico actu rem poteſt expedire, niſi eſſet ſeruanda aliqua forma in fundatione appoſita. vide Abbatem in cap. cauſam, quę num. 6. de elect. Et ad inſtitu-

7 tionem ſemper † procedendum eſt ab habēte inſtituere ſeruata forma text. in dicto cap. vlt. de elect. lib. 6.

CAPVT VNDECIMVM.

Qui debeant inſtitui, vel reijci.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitui poſſunt qui poſſunt præſentari.*
2 *Inſtitui debet qui canonicè fuit præſentatus.*
3 *Beneficium obtineri non poteſt ſine canonica inſtitutione.*
4 *Inſtitutio fit ab eo, ad quem facta eſt deuolutio, quando quis requiritur habere beneficium ſine inſtitutione.*
5 *Poſſidens beneficiũ abſque inſtitutione quando ſit tutus.*
6 *Inſtitui non poteſt nulliter præſentatus, vel indignus.*
7 *Superior ſcienter confirmãs indignum deponi debet.*
8 *Si per negligentiam inſtituat indignum perdit poteſtatem inſtituendi primum ſucceſſorem in eodem beneficio.*
9 *Præſentatio ſi nulla ſit, nulla erit & inſtitutio.*
10 *Indignus præſentatus ſi fiat dignus, inſtitui poteſt.*

SIcuti dictum eſt in materia præſentationis, ita dicendum eſt in materia inſtitutionis: ideſt illi debent, &
1 poſſunt † inſtitui, qui poſſunt præſentari; illi vero inſtitui non debent, qui nequeunt præſentari. Verum regulari-
2 ter † ille eſt inſtituendus, qui canonice fuit præſentatus ad beneficium iuriſpatronatus à vero patrono, ſeu ab alio exiſtente in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, quique idoneus per examen repertus fuit, ſeruata tamen forma tex. in dicto capit. vlt. de elect. lib. 6. & quando vnus tantum fuit præſentatus, & lapſum fuit tempus, itaut patronus non poſſit amplius variare, vt late tradit Lamb. de iurepatronatus. lib. 2. p. 3.
3 q. 3. art. 1. Quod ſi † conſtaret quem habere beneficium ſine inſtitutione, dicas eumdem eſſe inſtituendum: & ratio eſt, quia legitime non poteſt obtineri beneficium ſine canonica inſtitutione. cap. 1. de

de reg. iur. lib. 6. & eo caſu
4 inſtitutio † fieri debet ab eo, ad quem deuoluta eſt auctoritas, ad notata in cap. 2. de conceſſ. præben. Si vero non
5 conſtet, ſed dubitetur † an talis ſit inſtitutus, & tunc non prodeſt allegare præſcriptionem, ſeu conſuetudinem. cap. ex frequentibus. de inſtitut. & ſi factum ſit antiquum, & Prælatus tacite, vel expreſſe aſſenſum præſtitit, non tenetur ille oſtendere titulum; ſed ſtabitur iuramento talis poſſidentis, niſi ius commune eſſet contra poſſidentem, puta quia poſſideret duo beneficia incompatibilia; ſecus ſi factum non ſit antiquum. & ſuper his vide Lamb. vbi ſupra art. 2.

6 Nunc eſt † notandum, quod nulliter præſentatus, vel indignus non poteſt inſtitui; ſed repellendus eſt, alioquin ſi Superior eum inſtituat, puniri debet ipſe Superior. cap. nihil. & cap. cum nobis. vbi gloſſ. de elect. Doctor. in cap. cum vos. de offic. Ordin. Et ſcienter confir-
7 mans † indignum debet deponi, ſecundum gloſſ. in dicto cap. nihil. in verbo ſuſpendatur. Firman. in tractatu de Epiſcopo in ſecunda parte ſecundæ partis princi-
8 palis. quæſt. 5. Si vero † inſtituens per negligentiam indignum inſtituat, perdit poteſtatem inſtituendi primum ſucceſſorem, & debet ſuſpendi à perceptione fructuum proprij beneficij, donec viſum fuerit Superiori. dicto cap. nihil. & ibi Abbas, & Lambertin. vbi ſupra. art. 3. Et ſi nulla ſit præſentatio, nul
9 la † erit & ſequens inſtitutio: & ideo cum præſentatio facta ab excommunicato, ſit ipſo iure nulla, ita & ſequens inſtitutio; ita Rot. Roman. de inſtitut. in antiquis. deciſ. 1. Lambertin. vbi ſupra. art. 4. & Rocch. de Curte. in verbo, competens. quæſt. 8. in verſ. ſuboritur nunc quæſtio; quid ſi indignus præſentatur;
10 ſed † cum venit ad Ordinariũ, ceſſat dictum vitium, an attendatur tempus præſentationis, an datę inſtitutionis, cum in hoc noſtro caſu cadãt tria tempora, ſcilicet præſentationis, diſcuſſionis negocij, & inſtitutionis: dicas quod ſi ſit prę́ſentatus indignus ſciẽter à patrono, & in diſcuſſio-

ne negocij fiat dignus, poteſt inſtitui: quod ſi reperiatur dignus tempore inſtitutionis non puniretur inſtituens, ſed præſentans. quod declara, vt per Lambertin. vbi ſupra. artic. 5. vide Paul. de Cittad. de iurepatronat. par. 6. quæſtione 36. vbi concludit attendi tempus datæ, & ſic factæ præſentationis; vide Felin. in cap. eam te. col. antepenult. de reſcriptis. Abb. & Imol. in cap. dilectus. il ſecondo. de præbend. vbi tractant, quod tempus in reſcriptis attendatur, datę an executionis litterarum.

CAPVT DVODECIMVM.

Quis inſtitui debeat quando plures à diuerſis patronis fuerunt præſentati.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitui debet ille, qui à maiori parte præſentatus eſt.*

2 *Si per hoc ſcandalum non oriatur.*

3 *Maior pars patronorum quæ dicatur.*

4 *Facienda eſt comparatio numeri ad numerum.*

5 *Dignus præſentatus à minori parte inſtituendus eſt excluſo indigno præſentato à maiori parte.*

6 *Idem eſt, ſi maior pars ex caſu ſit priuata iure præſentandi.*

7 *Maior pars ſufficit, nec opus eſt, quod ſit ſanior.*

8 *Exemplum computationis vocum in iurepatronatus.*

9 *Superior poteſt inſtituere quem vult ſtante paritate, & eadem idoneitate præſentatorum.*

1 QVando plures † à diuerſis patronis fuerunt præſentati, ille debet inſtitui, qui à maiori parte fuit præſentatus. cap. 3. de iurepatronat. vbi gloſſ. Abb. & Card. Paul. de Citad. de iurepatron. par. 6. quæſt. 27.

Car-

Cardin. Mantic. Deciſ. 86. Rot. Roman. & Card. Seraphin. Deciſ. 875. Rot. Rom. & Farinac. parte ſecunda tomo primo. Deciſ. 202. niſi ad
2 ſcandalum euitandum † ſit neceſſe non admittere præſentatum à maiori parte. di-
3 cto cap. 3. Maior autem † pars dicitur, vt ſi ſunt decem patroni, quatuor præſentent Lelium, tres Franciſcum, & alij tres Odoardum: nam Lelius non habet maiorem partem omnium, ſed habet maiorem partem reſpectu aliorum præſentatorum, & ideo Lelius inſtitui debet: ſecus eſt in Collegio, in quo requiritur maior pars totius Collegij, ita Ioan. Andr. Abb. & Card. in dicto cap. 3. Rocch. de Curte de iurepatronat. in verbo honorificum. quæſt. 58. Lambertin. de iurepatronatus. libro 2. parte 3. quæſt. 4. articulo 2. Et ſic facienda eſt cõ-
4 paratio numeri † ad numerum, ad hoc, vt præſentatus à maiori parte poſsit inſtitui, dummodo ſit idoneus. non autem eſt facienda comparatio zeli ad zelum, ſeu meriti ad meritum. Doctor. in dicto cap. 3. Rocch. de Curte. vbi ſupra. quæſt. 15. Lambertin.
5 vbi ſupra art. 3. Si autem † à maiori parte ſit ſcienter præſentatus indignus, & à minori parte dignus ſit præſentatus, talis dignus debet inſtitui, quia ſcienter præſentans indignum pro illa vice amittit ius præſentandi, vt notatur in cap. cum vos. de offic. Ordin. Et idem dicendum
6 eſt † in omnibus patronis ex aliquo iure priuatis, quamuis ſint maioris nnmeri, eo enim caſu inſtitui debet dignus præſentatus à minori numero. Lambertin. vbi ſupra art. 5. num. 2. ſecus ſi ignoranter fuiſſet præſentatus indignus.

7 Eſt autem † animaduertendum ſufficere in hac materia præſentationem fuiſſe factam à maiori parte patronorum, nec eſt neceſſe eam eſſe factam à ſaniori parte. per tex. in dicto cap. 3. de iurepatron. ibi, plurimorum eligitur, & approbatur aſſenſu, & ibi notat. Abb. & Cardin. Rocch. de Curte. vbi ſupra. quæſt. 59. & Lambertin. vbi ſupra art. 6.
8 Verum ſi duo ſint † patroni, & ex vno naſcatur A. ex alio autem B. C. D. & A. præſen-

tet G. & B. C. præſentent M. & D. præſentat alium, vel concurrit cum præſentatione facta ab A. in tali caſu A. & G. præſentatus habent vnam vocem. Item B.C. & M. præſentatus habent aliam vocē, quia maior pars ideſt B. & C. abſorbet D. & ſic hoc caſu præſentati ſunt pares in vocibus, & eſt locus gratificationi. ita Cardin. in Clement. plures. num. 3. de iurepatronat. Lambertin. vbi ſupra artic. 7. vide dicta ſupra in lib. 4. cap. 1. num. 33. & ſequentibus. & Caſſad. de iurepatronat. Deciſ. 2. Rot. Rom. ideoque habens inſtituere habet optionem, vt inſtituat quem vult. Eſt etiam locus gratificationi, quando † duo
9 æque idonei cumulatiue præſentati fuerunt, vt per Lambertin. vbi ſupra art. 11. & ſi inſtitutio fieri poſſit valide, vel à Priore, vel ab Epiſcopo, tunc locus erit præuentioni. Lambertin. vbi ſupra articulo 12.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Quis debeat inſtitui quando duo æqualiter fuerunt præſentati, vel alter eſt magis idoneus.

SVMMARIVM.

1 *Superior data paritate præſentatorum inſtituit quem vult.*

2 *Magis idoneus autem ſi quis ſit, is debet inſtitui.*

3 *Præſentatus idoneus ſi ſit pauper debet inſtitui excluſo diuite magis idoneo.*

4 *Quod non procedit ſi eccleſia egeat.*

1 QVando † duo æqualiter præſentati fuerūt, vnus à duobus patronis, alter ab alijs duobus, ſi æqualia ſint merita præſentatorum, habēs in-

inſtituere poterit optare, & quem voluerit inſtituere, & ſic eſt locus gratificationi. Ioan. Andr. in cap. cum autem, vbi Abb. & Cardin. de iurepatronat. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 3.
2 quæſt. 5. artic. 1. Verum ſi † ex duobus præſentatis, vt ſupra, vnus ſit magis idoneus, quam alius, magis idoneus debet inſtitui, quod locum habet ante factam inſtitutionem. Nam ſi idoneus fuiſſet inſtitutus, teneret inſtitutio. Dec. conſil. 129. num. 2. & Lambertin. vbi ſupra art. 2. Et
3 in tali † concurſu, ſi idoneus ſit pauper, & magis idoneus ſit diues, pauper eſt inſtituen-
4 dus. Si vero † eccleſia eſſet debitis onerata, diues debet inſtitui. Rocch. de Curte de iurepatronat. in verbo honorificum. quæſt. 15. col. 2. in fine, & Lambertin. vbi ſupra. art. 3. vbi hæc declarat, & rationes diuerſitatis affert.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

Stante duorum præſentatione an debeat præferri is, qui eſt de linea Fundatoris, vel Diœceſanus, vel compatronus, Nobilis, Potens, Litteratus, vel bonus.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus ſi ſit de linea fundatoris, ſtante paritate eſt præferendus.*

2 *Diœceſanus idoneus præfertur extraneo magis idoneo.*

3 *Præſentatus ſi ſit de familia fundatoris, & idoneus, præfertur extraneo magis idoneo.*

4 *Compatronus ſtante paritate præfertur.*

5 *Idem eſt in præſentato, qui ſit intitulatus in dicta eccleſia.*

6 *Nobilis præfertur in inſtitutione, ſed apud Deum non eſt acceptio perſonarum.*

7 *Potens ſtante paritate præfertur impotenti.*

8 *Doctor ſtante paritate præ-*

fertur non doctori.

9 *Litterati viri ſunt vtiles eccleſiæ.*

10 *Theologus præfertur Canoniſtæ, & aliquando econtra.*

11 *Senex præfertur iuueni.*

12 *Conſtitutus in dignitate præfertur non habenti dignitatem.*

13 *Bonus præfertur prauo poſtea conuerſo.*

14 *In beneficijs habentibus iuriſdictionem præfertur prauus poſtea conuerſus.*

15 *Legitimus præfertur legitimato.*

16 *Præſentantium qualitates non arctant habentem inſtituere.*

17 *Præſentatus à patronis, qui plus contulerunt, eſt præferendus.*

18 *Collegium ſi præſentet, attenduntur qualitates, & ſanior pars præſentantium.*

19 *Epiſcopus inſtituit quem vult, data paritate inter præſentatos à maſculo, & à femina.*

20 *Caſus, in quo Epiſcopus etiam inſtituit quem vult.*

1 PAtroni ſi in † pari numero ſe diuidant, & duo præſentent vnum extraneum, alij duo præſentent vnum de linea, ſeu ſanguine Fundatoris, tunc præferendus, & inſtituendus eſt ille de linea Fundatoris, ſtãte idoneitate. ita Rocch. de Curte, de iurepatronat. in verbo honorificum. quæſt. 18. facit in ſimili text. in cap. bonæ il ſecondo, circa finem. vbi Abb. de poſtulat. prӕl. & tex. in cap. nullus inuitus. diſt. 61. gloſſ. in cap. neminem. diſt. 70. in verbo Ciuitatis. faciunt notata per gloſſ. & Doctor. in cap. ſi proponente. de reſcrip. & vide Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 3. quæſt. 5.
2 art. 4. Si autem † ſit præſentatus æqualiter Diœceſanus idoneus, & extraneus magis idoneus, Diœceſanus debet inſtitui. Rocch. de Curte vbi
3 ſupra. Ita † ſi ſit præſentatus extraneus magis idoneus, & alter de familia Fundatoris idoneus, talis de familia debet inſtitui. Lambertin. vbi
4 ſupra art. 6. Ita † etiam debet inſtitui compatronus à medietate compatronorum præſentatus, excluſo alio compræſentato ab alia medietate, quia ille eſt compatronus, & de genere Fundatoris, niſi ille,

le, qui non eſt compatronus obtineat derogationẽ à ſummo Pontifice pro alia medietate. Lambertin. vbi ſupra artic. 7.

5 Similiter † eſt præferendus in inſtitutione is, qui fuerat intitulatus in eccleſia, & ordinatus ad titulum illius eccleſiæ, ſecundum tex. in cap. poſtulaſti. de iurepatronat. & præfertur non tanquam intitulatus, ſed tanquam exiſtens de illa eccleſia. Rocch. de Curte. vbi ſupra in verbo competens alicui. quæſt. 27. & Lambertin. vbi ſupra ar. 8.

6 Ita data † paritate in præſentatione, nobilis præfertur ignobili in inſtitutione. cap. dudum il primo, vbi Abbas num. 2. de elect. Lambertin. vbi ſupra art. 9. Sed in hoc conſideres tex. in cap. venerabilis. de præbẽn. vbi habetur, quod non generis, ſed virtutum nobilitas, vitæq; honeſtas gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem, nec apud ipſum eſt perſonarum acceptio. Similiter data illa

7 paritate debet † præferri potens impotenti, vt melius conſeruetur eccleſia. gloſſ. in cap. conſtitutis in verbo impotentiam, & ibi Abb. de appellat. niſi talis potens eſſet prauus. Lambertin. vbi ſu-

8 pra art. 10. Similiter † data eadem paritate doctus præfertur indocto, & Doctor non Doctori. litteratura enim habetur in conſideratione. cap. de multa in fine, & ibi Abb. de præben. Felin. in cap. cum adeo. col. vlt. de reſcript. cap. dudum il primo, iuncto ibi Abb. in quarto notabili. de elect. & Innoc. in cap. cum iam dudum ante finem de præbend. dixit viros

9 litteratos † ob litteraturam eſſe vtiles eccleſiæ vniuerſali, & ideo extollendos eſſe ad præbendam, Canonicatum, & dignitates. & cap. cum ex eo. de election. lib. 6. etenim tales litterati ſunt tã quam ſtellæ, & firmamentum lucentiſsimum in eccleſia Dei. cap. ſuper ſpecula. de magiſtr. & ſupradicta procedunt, niſi aliter neceſſitas eccleſiæ ſuaderet. vide Lambertin. vbi ſupra. artic. 11. Inſu-

10 oper data † eadem paritate præſentatus Canoniſta præfertur Theologo, ſi ſit in loco, vbi magna verſetur cauſarum ventilatio, Si autem ſit

ſit in loco vbi pullulant hæreſes, præfertur theologus. ita Hoſtien. in cap. 1. quem ſequuntur alij Doctor. de con ſang. & affin. argumento tex. in c. in cauſis. in fin. de elect. & in dicto c. ſuper ſpecula. & de hoc Lamb. vbi ſup. art. 12.

11 Similiter † data eadem paritate ſenex præfertur iuueni. Rocch. de Curte vbi ſupra, in verbo, in eccleſia. q. 4. in fine. & in verbo, honorificum.

12 q. 15. col. 2. Et † conſtitutus in dignitate prefertur alij dignitatem non habenti. vide Lamb. vbi ſup. art. 13. Ita etiã

13 ſi † concurrant æqualiter præſentati, vnus, qui ſemper fuit bonus, & alter, qui fuit prauus; ſed poſtea pœnitentiam egit, & factus eſt bonus: debet in inſtitutione præferri, qui ſemper fuit bonus. capit. nos cõſuetudinem. diſtin. 12. Rocch. de Curte. vbi ſupra. in verbo, oneroſum. quæſt. 3. ante finem. quod procedit in beneficijs non habentibus iuriſdictionem: nam in be-

14 neficijs habentibus † iuriſdictionem præferendus eſt ille, qui ex prauo factus eſt bonus; quia eſt magis vtile populo talem habere, vt ſciat eis compati, eorumque miſereri. ita debet intelligi gloſ. in cap. fidelior. diſtinct. 50. & facit quod dicunt Doct. aliqui in proœmio clement. vide Lambert. vbi ſupra art. 14.

15 Ita etiam data † paritate ſupradicta in præſentatione, debet præferri in inſtitutione legitimus illegitimo legitimato, vt declarat Lambert. vbi ſupra art. 15.

16 Inſuper † eſt notandum, quod qualitates præſentantium non arctant habentem inſtituere circa gratificationem faciendam, ſed informãt eius conſcientiam, vt potius gratificet præſentato ab habentibus iudicium rationis: & in ſimili paritate præferen-

17 dus † eſt in inſtitutione ille, qui præſentatus fuit à patronis, qui plus contulerunt; quamuis enim voces ſint in æquali numero, tamen voces illorum, qui plus contulerunt ſunt pinguiores. Lambertin. vbi ſupra art. 16. & 17. Ve-

18 rum ſi † ratione Collegij plures præſentent, attendendæ ſunt qualitates nobilitatis, doctrinæ, & potentiæ præſentantium, eorumque ſanior pars. Rocch. de Curte vbi ſupra in

pra in verbo honorificum quæſt. 59. col. vlt. & Lambertinus vbi ſupra art. 18. Si au-
19 tem † æqualiter facta ſit præſentatio à maſculo, & à femina, data paritate Epiſcopus habet optionem, vt inſtituat
20 quem vult. Ita etiam † Epiſcopus habet optionem, ſi patroni ſint decem & quatuor præſentent ſcienter indignũ, tres alium dignum, alij tres alium dignum, tunc enim excluſo indigno Epiſcopus habet optionem inter præſentatos à tribus, vt ex eis inſtituat, quem vult Lambert. vbi ſupra art. 19. & 20.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

Nunquid in inſtitutione ſit præferendus præſentatus à pupillo, vel præſentatus ab eius tutore.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, & Tutor ſi in diſcordia præſentent, quis debeat inſtitui.*

2 *Præſentatio facta à pupillo maiore ſeptēnio præfertur præſentationi tutoris.*

3 *Si tamen non ſit indignus præſentatus à pupillo.*

4 *Tutor ſi ſciente pupillo præſentet, & poſtea præſentet pupillus, magis idoneus debet inſtitui.*

5 *Secus ſi pupillo ignorante.*

6 *Idem dicendum eſt in viro, & vxore.*

7 *Superior data paritate præſentatorum poteſt quem vult inſtituere.*

8 *Procuratores ſi duo ſeparatim à patrono ſint conſtituti, prior præſentans obtinet.*

1 PVpillus † ſi habeat iuſpatronatus, & habeat tutorem, & tutor vnum, pupillus alterum pręſentet, quis ex præſentatis ſit inſtituendus, dubium eſt. Ideo cum Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 3. quæſt. 6. art. 1. con-

conſtituas caſus infraſcriptos. & vide Cardin. Manticam deciſ. 140.

2 Primus eſt† ſi pupillus maior ſeptennio præſentauit, licet poſtea tutor eius magis idoneum præſentauit, attamen præſentatus à pupillo eſt inſtituendus.

3 Secundus † caſus, ſi pupillus prius præſentauit; ſed indignum, poteſt tutor ſupplere, & durãte termino dato ad præſentandum alium præſentare, niſi prius alium variando pupillus præſentaſſet.

4 Tertius † eſt caſus, ſi tutor pupillo ſciente, & non contradicente prius præſentauit, & poſtea pupillus alium præſentauerit, in tali cõcurſu magis idoneus debet inſtitui, & ſi ſint æqualiter idonei, habens inſtituere optabit, & inſtituet quem vult.

5 Quartus: tutor† ſi ignorante pupillo prius præſentauit, & poſtea pupillus ſciens vacationem contradicat, & aliũ præſentet debito tempore, talis à pupillo præſentatus debet inſtitui; pupillus enim eſt patronus, ipſeque præſentare

6 debet. Ita † dicendum eſt in viro, & vxore, quando iuſpatronatus competit vxori non ex cauſa dotis, ſed ex alia cauſa. Si autem iuſpatronatus tranſit ad vxorem cum vniuerſitate data in dotem, tunc eſt locus prçuentioni inter virum, & vxorem, & qui prius præſentat obtinet. Lambertin. vbi ſupra. art. 3. nu. 7. vide Rocch. de Curte. de iurepatronat. in verbo, ipſe, vel is, à quo. quæſt. 28.

7 Et nota, quod † quando ambæ prçſentationes tenent, data paritate præſentatorum habẽs inſtituere poteſt optare, & quem velit inſtituere. Lambert. vbi ſupra. art. 4. in

8 fine. Verum ſi † duo ſint procuratores ſeparatim conſtituti à patrono, cum clauſula, quod melior ſit conditio occupantis, prior præſentãs obtinet: & in praxi ita ſeruatur, & habui in facto, in quo quidam patronus ſeparatè conſtituerat duos procuratores, quorum vnus audita vacatione præſentauit, & obtinuit. vide Lambertin. vbi ſu- pra. artic. 5.

CAPVT

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

Beneficium iuriſpatronatus nunquid dari poſſit in Commendam, & an habens inſtituere poſſit inſtituere abſque patronorum præſentatione.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium patronatum non poteſt dari in Commendam ſine conſenſu patroni.*

2 *Caſus, in quibus Superior poteſt inſtituere ſine patroni præſentatione.*

3 *Præſentatus ſi ob ſcandalum non ſit inſtituendus, alius non præſentatus inſtituitur.*

4 *Vel ſi præſentatus ſit indignus.*

5 *Vel quando præſentatio nõ eſt facta intra debitum tempus.*

6 *Vel quando lis non eſt finita intra debitum tempus.*

7 *Vel quando paritas eſt inter præſentatos, tunc Superior inſtituit quem vult.*

8 *Vel quando Superior motu proprio patronum inſtituit.*

9 *Deuolutio fit ad Epiſcopum, ſeu inferiorem habentem inſtituere.*

10 *Et tunc debet conferre ſecundum naturam fundationis.*

11 *Superior habens inſtituere, extincto iurepatronatus fit collator beneficij.*

Beneficium iuriſpatrona-
1 tus † non poteſt dari in
Commendam perpetuam
abſque patroni conſenſu. Io.
Andr. & alij in cap.nemo.de
elect. lib. 6. Et inſuper no-
2 tes, quod † habens inſtituere
aliquando poteſt inſtituere
abſque aliqua patronorum
præſentatione in pluribus ca
ſibus relatis à Lamb. de iure-
patr. lib. 2. par. 3. quæſt. 7. ar-
tic. 2. 3. & ſequentibus.
3 Primus eſt † caſus, quando
præſentatus non poteſt inſti-
tui

tui ob ſcandalum, tunc enim inſtituitur alius non præſentatus.

4 Secundus eſt † caſus, quando patroni ſcienter præſentẽt indignum.

5 Tertius, quando † patroni non præſentant intra tempus eis à iure conceſſum ad præſentandum.

6 Quartus eſt † ſi lis non ſit terminata infra debitum tempus, niſi obſtet generalis conſuetudo.

7 Quintus, quando † adeſt paritas inter præſentatos, tũc enim ſuperior inſtituit quem vult ex præſentatis.

8 Sextus eſt † caſus, quando Epiſcopus motu proprio abſque præſentatione inſtituit patronum egenũ, vt per Abb. in cap. per noſtras. vbi Doctor. de iurepatronat.

9 Sciendũ eſt † inſuper, quod in caſu deuolutionis, deuolutio fit ad Epiſcopum, vel ad inferiorem habentem ius inſtituendi, Abb. in cap. cum vos. poſt principium. de offic. ordin. Rocch. de Curte. de iurepatronat. in verbo, honorificum. quæſt. 33. & Lambertin. vbi ſupra. art. 11. In materia deuolutionis vide Farinac. parte 2. tomo 1. deciſ. 186. & Card. Manticam deciſ. 260. & Card. Seraphin. deciſ. 1173. 1270. 1309. & 1363. Talis tamen ad quem

10 fit † deuolutio, debet beneficium conferre ſecundum naturam appoſitam in fundatione. Felin. in cap. cum acceſſiſſent. colum. 7. de conſtitut. Rocch. de Curte vbi ſupra. quæſt. 3. col. 1. & Lambertin. vbi ſupra. artic. 13.

11 Eadem ratione † extincto iurepatronatus, quia nullus ſit hæres patroni ius, conferendi tale beneficium remanet penes habentem inſtituere Epiſcopum, vel inferiorem Prælatum. Abb. in capit. 1. numero decimo de electio. & Lambertin. vbi ſupra. articulo 12.

LIBER DECIMVSTERTIVS

Continet materiam actualis inſtitutionis, eiuſque formam.

CAPVT PRIMVM.

Quibus verbis fit inſtitutio, & an requiratur ſcriptura, & nunquid abſens per procuratorem poſſit inſtitui.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio dicitur quaſi intus ſtatio.*

2 *Inſtitutio fit ſolo verbo.*

3 *Inſtitutio, & inueſtitura fiunt ſimul.*

4 *Inſtitutio quamuis non requirat ſcripturam, bene eſt eam adhibere.*

5 *Gratia Apoſtolica probatur per litteras Apoſtolicas.*

6 *Inſtitui poteſt præſens, & etiam abſens.*

7 *Inſtitutus debet acceptare beneficium, & tunc eſt ſuum.*

8 *In inſtitutione recipienda etiam laicus poteſt eſſe procurator.*

1 INſtitutio † dicitur quaſi intus ſtatio: & inſtitutio, & inueſtitura ſumuntur pro eodem, quamuis inueſtitura dicatur actualitas inſtitutionis, ſeu inductio in corporalem poſſeſſionem.
2 Inſtitutio † autem fit ſolo verbo, quando inſtituens dicit, inſtituo te ad præſentationem talis patroni in tali beneficio: ſed quando ſequitur, & dicit, de dicto beneficio te inueſtio per annulum, vel per impoſitionem birreti, huiuſmodi dici-
3 tur inueſtitura: & ſic † fiunt ſimul inſtitutio, & inueſtitura, nec certa verborum requiritur

ritur forma. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. parte 3. quæſt. 11. art. 1. Et in Capitulo Piſano habetur certa forma tradendi inſtitutionem beneficiorum exiſtentium ad dicti Capituli inſtitutionem.
4 Quamuis † autem in inſtitutione non ſit neceſſaria ſcriptura, tamen bene eſt eam adhibere: & in praxi inſtitutio ſemper fit cum interuentu Notarij, & in præſentia duorum teſtium: & ita ſemper inſtitutio probari poteſt: gra-
5 tia † autem Apoſtolica non probatur, niſi per litteras Apoſtolicas. vide Lambertin. vbi ſupra artic. 3.
6 Inſtitui † autem poteſt præſens, & abſens mediante eius procuratore habente ad hoc ſpeciale mandatum. cap. accedens. de præben. Et inſti-
7 tutus † non poteſt dicere beneficium ſuum eſſe, antequã illud acceptet. cap. ſi tibi abſenti. de præben. lib. 6. vbi no-
8 tat Dominic. Et eo † caſu poteſt eſſe procurator etiam laicus. Abb. in dicto cap. accedens. num. 6.

CAPVT SECVNDVM.

Per inſtitutionem quid transferatur in inſtitutum.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio corporalis beneficij non transfertur in inſtitutum per inſtitutionem.*
2 *Sed plenum ius.*
3 *Praxis, vt inſtitutus accedat ad beneficium, vt poſſeſſionem apprehendat.*
4 *Inſtitutus ante acceptam corporalem poſſeſſionem non poteſt adminiſtrare.*
5 *Actus fieri ſoliti in apprehenſione poſſeſſionis.*
6 *Stylus Piſanæ Diœceſis in tali apprehenſione.*
7 *Inſtitutio Clandeſtina non valet.*

1 PEr inſtitutionem † non transfertur corporalis poſſeſ-

ſeſſio beneficij in institutum. Abb. in cap. cum Bertoldus. num. 3. de re iudic. gloſſ. in cap. per tuas. in verbo in poſſeſſione. de donat. Bene ve-
2 rum eſt, quod † per inſtitutionem plenum ius transfertur in inſtitutum, & beneficiatum etiam abſque corporali appræhenſione. Rocch. de Curte. de iurepatronat. in verbo
3 ius. quæſt. 5. Sed in † praxi vſus eſt inueteratus, vt habita inſtitutione inſtitutus perſonaliter accedat ad beneficium, ſiue ſit eccleſia, ſiue altare, de manu alicuius clerici corporalem poſſeſſionem apprehendat, & ita ſolet apponi in litteris inſtitutionum. vide Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 3. quæſt. 11. art. 6.
4 Et nunquid poſſit † inſtitutus adminiſtrare ante apprehenſionem dictæ poſſeſſionis, ſeu inſtallationem, in hoc caſu ſeruetur conſuetudo loci.
5 Actus autem, † qui ſolent fieri in appræhenſione talis corporalis poſſeſſionis, ſunt, vt inſtitutus ſedeat in ſede Rectoris, tangat altare, pulſet campanas, & ianuam aperiat, & claudat, vel ſimilia faciat. vide Lambertin. vbi
6 ſupra art. 7. & 8. Et Piſis † in praxi ſeruatur, vt inſtitutus accedens ad eccleſiam faciat prædicta præſentibus teſtibus, & aliquando præſente etiam Notario: & clericus, qui immiſit inſtitutum in corporalem poſſeſſionem, dicit orationem Sancti, ſub cuius titulo eccleſia, ſeu altare decoratur, & poſtea ſcriptam facit atteſtationem talis datæ, & appræhenſæ poſſeſſionis, nominando teſtes in ea, qui præſentes fuerunt, vel de ea fit inſtrumentum publicum à Notario. Et addas,
7 quod † ſi inſtitutio fiat clandeſtine, itaut probari nequeat inualida eſt. Lambertin. vbi ſupra artic. 13.

CAPVT TERTIVM.

Cuius expenſis fiat electio, ſeu inſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Electio fit expenſis electi.*
2 *Expenſæ fiunt à præſentante, & à præſentato, quando lis eſt inter patronos ſuper iurepatronatus, vel ſuper iure præſentandi.*

1 ELectio † tota fit expenſis electi. cap. vt prætéritæ. vbi gloſſ. & Doctor. de elect. ſed ſecus eſt in præſentato, qui tenetur tantum ad expenſas, quando agitur de meritis, vel de demeritis præſentato-
2 rum. Quando † autem agitur lis inter patronos ſuper iurepatron. vel ſuper quaſi poſſeſſione Iuris præſentandi, licet in conſequentiam veniat victoria præſentati, expenſæ tamen fiunt per ipſos patronos habito aliquali reſpectu ad expenſas, quas præſentatus facere tenetur pro ipſa præſentatione, & pro aſſequenda inſtitutione, & pro ſolita diſcuſſione, quæ fit ex officio ab habente inſtituere; ſicuti fieri ſolet quando præſentatio fieret in concordia: de quibus vide Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. tertia, quæſt. 11. artic. 14.

CA-

CAPVT QVARTVM.

Ponitur forma litterarum Ordinarij continentium inſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Forma litterarum continentium inſtitutionem.*
2 *Forma Prouiſionis Ordinarij.*
3 *Forma inſtitutionis, quæ in Praxi ſeruatur in Capitulo Piſano.*

1 FOrma † autem litterarũ Ordinarij, continentium inſtitutionem factam, ponitur à Lambertino de iurepatronat. lib. ſecundo, parte tertia, quæſtione vndecima. art. 15.
2 & vlt. & forma † prouiſionis factæ ab Ordinario ponitur, & declaratur à Rebuffo in ſua praxi beneficiaria. folio mihi 32. in verſic. forma collationis, & prouiſionis Ordinariorum. Hic autem poni-
3 tur † forma, quæ in praxi ſeruatur à Capitulo Piſano.

IN DEI NOMINE. Amen.

NOs Canonici Sanctæ Primatialis eccleſiæ Piſanæ (& ponuntur nomina omnium Dominorum de Capitulo præſentium) Coadunati in loco noſtri ſoliti Capituli in eccleſia ſancti Rocchi, de mandato admodum Reuerendi Domini N. Archipresbyteri dictæ eccleſiæ Piſanæ per clericos Niccoſiæ citati vna die pro altera, & pro hac hora, vt moris eſt facientes, & repræſentantes ſic coadunati totum Capitulum dictæ Eccleſiæ, pro tribunali ſedentes in dicto loco: Viſa in primis à nobis præſentatione facta ab Illuſtri viro Domino Iulio de Gualandis patricio Piſano patrono pro medietate, & ab Illuſtri viro Domino

Flaminio de Vpezzinghis patricio Piſano patrono pro altera medietate, & ita patronis in totum iuriſpatronatus, & iuris præſentandi Rectorē ad altare ſeu Capellaniam Cathedræ ſancti Petri, ſitam in dicta noſtra eccleſia Piſana, vacantem per obitum venerabilis presbyteri Ioannis Garzonij vltimi, & immediati Rectoris eiuſdem, de perſona Venerabilis presbyteri Alexandri Baleſtrij clerici, & ciuis Piſani ad regimen, & rectoriam dictæ Capellaniæ, ſeu altaris Cathedrę ſancti Petri modo ſupraſcripto vacantis; viſaq; dicta præſentatione dicti Alexandri coram nobis facta per dictos Dominos Iulium, & Flaminium, & viſa acceptatione dicti Alexandri, vt ſupra præſentati, & inſtantia de prædictorum admiſſione, confirmatione, & dicti Alexandri inſtitutione, & prout hæc omnia in actis noſtri Capituli adnotata ſunt. Viſaq; de præmiſſis admiſsione per nos facta, & commiſſione edicti in forma, dictiq; edicti emanatione, & affixione ad valuas dictæ noſtræ eccleſiæ Piſanæ, & contentis in eis, & quod nullus in termino edicti, neque poſtea comparuit ad aliquid dicendum, vel opponendum contra prædicta, & viſa contumacia omnium citatorum, & in edicto compræhenſorum accuſata, conſtitoq; nobis ad dictos Dominos Iulium, & Flaminium ſpectare, & pertinere dictum iuſpatronatus, & de eo eſſe in quaſi poſſeſſione pacifica, vt per plures datas exiſtentes in Archiuio noſtri Capituli, & coram nobis exhibitas conſtat. Viſiſq; videndis, & conſideratis conſiderandis, formaq; Iuris, ſacrorum Canonum ſtyli, & conſuetudinis noſtri Capituli, omnibusq; inuentis rite concurrere: & demum viſa atteſtatione idoneitatis dicti Alexandri ab admodum Reuerendo Domino Vicario generali Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi, in Chriſto Patris, & Domini Domini Archiepiſcopi Piſani, Inſularum Corſicæ, & Sardineæ Primatis, & in eis Legati nati emanata in forma authentica.

Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri,

ſtri, eiusq; Glorioſiſſimæ Matris ſemper Virginis Mariæ, ac ſancti Petri Principis Apoſtolorum, cuius glorioſo nomine, & titulo dictum altare, ſeu Capellania decoratur, nominibus inuocatis, ſupraſcriptam præſentationem per dictos Dominos Iulium, & Flaminium factam de perſona dicti Alexandri ad rectoriam, regimen, & curam dicti altaris, ſeu Capellaniæ confirmamus, approbamus, & emologamus, ipſumq; Alexandrum in Rectorem, & Capellanum dicti Altaris, ſeu Capellaniæ Cathedræ ſancti Petri, Iuriumq; & pertinentium eiuſdem, cum omni plenitudine Iuris Canonici inſtituimus, & ordinamus, curam, regimen, & adminiſtrationem bonorũ omnium ſpiritualium, & temporalium eiuſdem ſibi plenariè & integre committendo: de quibus omnibus, & ſingulis eundem Alexandrum coram nobis genuflexum exiſtentem, & humiliter petentem per birreti capiti ſuo impoſitionem, idem multum Reuerendus Dominus N. Archipresbyter de præſentia, & conſenſu omnium noſtrum inueſtiuit: qui Alexander ad delationem dicti Domini Archipresbyteri iurauit manu tactis ſcripturis in forma, quod erit fidelis, & obediens Capitulo noſtro, nobis, & ſucceſſoribus noſtris, iura, bona, & honores dicti Altaris, ſeu Capellaniæ defendet, manutenebit, & augebit pro poſſe, & de eis nihil vẽdet, aut alienabit ſine noſtra expreſſa licentia, & prout de iure. Inuentarium quoque de bonis dicti Altaris, ſeu Capellaniæ conficiet, illudq; infra duos menſes producet, & relaxabit in manibus Cãcellarij noſtri Capituli, & de obſeruãdis ſtatutis, & conſuetudinibus dictæ noſtræ Piſanę eccleſię. Quo circa committimus, & mandamus cuicumque preſbytero noſtræ eccleſiæ, quatenus ad dictum altare, ſeu Capellaniam accedat, ipſumq; Alexandrum, vel procuratorem ſuum eius nomine, ſeruatis ſeruandis in realem, actualem, corporalẽ, ac pacificam poſſeſſionem eiuſdẽ Altaris, ſeu Capellaniæ, & annexorum ponat, immittat, & inducat, ac inductum manuteneat, & defendat, amoto exin-

exinde quolibet illicito detentore, ac faciat dicto Alexandro, vel procuratori ſuo de dicti Altaris, ſeu Capellaniæ ac annexorum præfatorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuerſis integrè reſponderi ac omnia ſingula, & alia dicat, & faciat in ſimilibus poſſeſsionibus tradendis neceſſaria ſolita, & fieri conſueta. Mandantes &c. In quorũ fidem Acta fuerunt, hæc omnia Piſis in loco ſoliti Capituli dictorum dominorum Canonſcorum in eccleſia ſancti Rocchi coram, & præſentibus ibidẽ venerabilibus presbyteris Gherardo Cepparellio magiſtro ſcholarum dictæ Eccleſiæ Piſanæ, & Benedicto de Sanguignis Cappellano dictæ eccleſiæ, ciuibus Piſanis teſtibus, Dominicæ Incarnationis Anno 1610. Indictione quarta ſtylo Piſano; die vero decimanona menſis Martij. Paulo Quinto Summo Pontifice, & Sereniſſ. Coſmo Secundo Medice Magno Hetruriæ Duce III. dominãte.

Locus ✠ Sigilli.

N. Cancellarius dicti Capituli de mandato ſubſcripſit.

FINIS SECVNDAE PARTIS.

PRAXIS IVRISPATRONATVS PARS TERTIA

Continens modos amittendi Iuſpatronatus.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

In quo continetur materia derogationis iuriſpatronatus.

CAPVT PRIMVM.

Legatus à latere nunquid conferre poſſit beneficia iuriſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus à latere poteſt conferre beneficium patronatum ſine conſenſu patroni Eccleſiaſtici.*

2 *Niſi ſit beneficium regulare, vel electiuum.*

3 *Vel laicorum.*

4 *Legatus à latere conſentiente patrono poteſt beneficium conferre etiam contradicente habente inſtituere.*

5 *Et poteſt conferre beneficium patroni laici, ſi iuſpatronatus habeat ex priuilegio, vel ex præſcriptione.*

6 *Item & beneficium ſitum*

in ſua Prouincia, etiamſi patronus Eccleſiaſticus ſit alterius Prouinciæ.

7 *Conferre tamen non poteſt, ſi patronus antea præſentauit.*

1 LEGATVS à latere † poteſt conferre beneficium patronatum abſque conſenſu patronorum, ſi ſint patroni clerici, quorum beneficia legatus à latere poteſt ſibi reſeruare, eaque vacantia conferre. ita eſt tex. in cap. cum dilectus. vbi Abbas de iurepatronat. & hæc eſt communis opinio, teſte Rocch. de Curte. de iurepatronat. in verbo, honorificum quæſt. 1. colum. 2. & quæſt. 3. colum. 3. quod non procedit
2 † ſi beneficium ſit regulare, vel electiuum. cap. deliberatione. de offic. legati. libro 6. vel ſi ſit de iurepatro-
3 natus † laicorum, vel ſit mixtum iuſpatronatus clericorũ, & laicorum. Rocch. de Curte vbi ſupra, in verbo ius. quæſt. 7. colum. 2. Quibus tamen conſentientibus contradicente Prælato ad quem pertinet inſtitutio, tamen † legatus huiuſmodi beneficium patronatum conferre poteſt, ſecundũ Dominicum de Sancto Geminiano in cap. vnico. in fine. de iurepatronat. lib. 6. late Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 3. quaſt. 8. art. 1.
5 2. & 4. Item talis † legatus poteſt conferre beneficia pertinentia ad laicos tantum ex vi præſcriptionis, ſeu ex Papæ priuilegio. ita Abb. Cardin. Butr. & alij in dicto cap. cum dilectus. & Lambertin. vbi ſupra. artic. 3. Similiter
6 talis † legatus poteſt conferre beneficium ſitum in ſua Prouincia, etiamſi perſona eccleſiaſtica, ad quam pertinet præſentatio, ſeu collatio dicti beneficij, ſit alterius Prouinciæ. ita Rom. in conſ. 365. quia attenditur locus beneficij, & nõ patroni, prout declarat Lãb. vbi ſup. ar. 5. & Rocc. de Curte vbi ſup. in verbo, honorificum. q. 3. col. 3. Si autẽ
7 ad tale beneficium † ſit facta præſentatio à patrono, non poteſt legatus illud conferre in præiudiciũ præſentati, niſi ſtante reſeruatione ſupradicta, qua ſtante præſentatio patroni eſt ipſo iure irrita. Lamb. vbi ſupra. art. 6.

CA-

CAPVT SECVNDVM.

Summus Pontifex conferre poteſt omnia beneficia, etiamſi ſint iuriſpatronatus, & quando per litteras Apoſtolicas dicatur derogatum iuripatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum collatio ſpectat ad Papam.*

2 *Beneficia ſunt reſeruata in viginti ſex caſibus.*

3 *Papa poteſt conferre beneficia patronata.*

4 *Priuilegiatus non vtitur ſuo priuilegio contra eum, qui priuilegium conceſſit.*

5 *Papa non præſumitur in dubio velle præiudicare laicis circa iuſpatronatus.*

6 *Litteræ Apoſtolicæ non facientes mentionem iuriſpatronatus ſunt inualidæ.*

7 *Regula 41. Cancell. Apoſtolic. circa derogationem iuriſpatronatus.*

8 *Papa mandante prouideri de beneficio ad cuiuſcumque diſpoſitionem pertinente, non comprehenditur beneficium iuriſpatronatus.*

9 *Etiamſi reſcribat motuproprio.*

10 *Vel ſi dicatur, quod talis prouideatur de beneficio etiãſi ſpectet ad alterius præſentationem.*

11 *Vel ſi dicatur de beneficio ad quorumcumque præſentationem ſpectante.*

12 *Quando cenſeatur derogatum iuripatronatus clericorum, non procedit ſi clerici ſint patroni ratione patrimonij.*

13 *Iuripatronatus laicorum non eſt derogatum etiamſi dicatur, non obſtante iurepatronatus laicorum.*

14 *Nec etiam, quando in litteris habetur, quod conferatur beneficium ſpectans ad Epiſcopi inſtitutionem.*

15 *Derogatum dicitur iuripatro-*

tronatus, quando Papa expreſsè derogat.

16 *Nec dicitur derogatum, ſi mandet prouideri de primo beneficio quomodocumque vacaturo.*

17 *Derogatio nunquam comprahendit iuſpatronatus Regum, Ducum, &c.*

18 *In permutationibus neceſſe eſt facere mentionem iuriſpatronatus.*

19 *Derogatio licet non præſumatur, ſecus tamen eſt ſi conſtet de certa ſcientia Papæ.*

20 *Derogatio iuriſpatronatus clericorum non requirit expreſſionem.*

21 *Derogatio præſumitur, ſi Papa diſponat de tali beneficio vacaturo.*

1 Beneficiorum † collatio generaliter ſpectat ad Papam, qui eſt ordinarius Ordinariorũ, & dominus omnium beneficiorum. cap. 2. de præben. lib. 6. gloſ. vlt. in cap. felicis. de pen. lib. 6. clemen. 1. in fine, vt lite penden. Gomeſ. in proœmio regularum Cancellariæ. in verſ. conſiderata etiam. nu. 7. & in
2 ſpecie † ſunt reſeruata beneficia in viginti ſex caſibus relatis in praxi Archiepiſcopali Leonis. p. 2. cap. 20. de re-
3 ſeruat. ideoque † poteſt conferre beneficia iuriſpatronatus clericorum, abſque eorum conſenſu: item, & laicorum, quia laicis iuſpatronatus eſt conceſſum à Papa ex gratia, & priuilegio non priuatiue. Card. Tuſc. practicarum concluſionnm iuris littera I. concl. 596. Et ideo
4 talis priuilegiatus † non poteſt vti ſuo priuilegio contra eum, qui ſibi priuilegium conceſſit: & de his vide pleniſſime Felin. in ſuo tractatu, quando literæ apoſtolicæ noc. patron. eccleſ. qui tractatus incipit, pro regula tenendum eſt, & Lamb. de iurepatronatus lib. 2. p. 3. q. 9. art. 1. & 2. In dubio autem Papa
5 non † præſumitur velle præiudicare laicis. Et ideo lite-
6 ræ † apoſtolicæ ſunt inualidæ ſi non faciunt mentionem iuriſpatronatus eccleſiæ obtentæ, ex ratione tex. in cap. cum dilectus. de iurepatronatus. Abb. in capit. 3. de iurepatronatus.

7 Hodie autem ex † regula 41. Cancellariæ Apoſtolicæ relata à Quaranta in ſumma

Bul-

Bullarij, in verbo, Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ, in derogatione iuriſpatronatus debet fieri mentio iuriſpatronatus, diſpoſitiuè ſpecificè, & determinatè, non autem conditionaliter; & ſi illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat: & ſi de hoc in literis prouiſionis, vel mãdati de prouidendo de dicto beneficio ſimilis mentio facta non fuerit, non cenſeatur quomodolibet derogatum. Et ſi Papa mandet prouide-
8 ri † de beneficio ad cuiuſcunque diſpoſitionem pertinente, non includitur beneficium iuriſpatronatus, cum diſpoſitio cadat pro inſtitutione. Lapus allegat. 8. numero 6.
9 Idem † eſt, ſi Papa reſcribat Motu proprio pro aliquo beneficiando. Abb. in capit. ad aures. colum. penult. de reſcript. Idem eſt, ſi dicatur
10 quod † prouideatur talis de beneficio, etiamſi ad alicuius præſentationem ſpectaret. intelligitur enim de præſentatione competente patrono eccleſiaſtico. cap. cum in illis. de præben. libro 6. La-
11 pus vbi ſupra. Idem eſt † ſi dicatur de beneficio ad præſentationem quorumcunque ſpectante, quando enim derogatur iuripatronatus laicorum expreſſe fieri debet derogatio. Et quando dictũ
12 eſt † cenſeri derogatum iuriſpatronatus clericorum, illud non procedit, ſi clerici habeant iuſpatronatus ratione patrimonij. Nec iuripatro-
13 natus laicorum † cenſetur derogatum, etiam ſi in litteris diceretur non obſtante iurepatronatus laicorum, & non obſtantibus ſtatutis eccleſiæ, quia tales non obſtantiæ tendent ſolum ad tollendam ſubreptionem, non autem ad alia iura ſpecialiter perimenda, niſi id expreſſe dicatur. Rota Roman. de præben. in nouis. deciſ. 1. Neque
14 cenſetur † derogatum iuripatronatus laicorum, quando in litteris habetur, quod Papa mandat conferri beneficium ſpectans ad Epiſcopi inſtitutionem. Lambertin. vbi
15 ſupra. artic. 30. Nam † tunc dicitur derogatum, quando Papa expreſſe derogat. Cardin. Mantic. deciſ. 292. Rot. Ro-

16 Roman. Quod † procedit, etiam ſi Papa mandet prouideri de primo vacaturo, ſpectante ad collationem, prouiſionem, electionem, & præſentationem quorumcũque; tunc enim, nec etiam beneficia patronata vacantia in Curia comprehendũtur. Cardin. Tuſc. vbi ſupra. concluſ. 618.

17 Notandum eſt † inſuper, quod litteræ Apoſtolicæ expreſſe derogantes iuripatronatus laicorum, nunquam comprehendunt iuſpatronatus, ſpectans ad Reges, Duces, Marchiones, ſeu alios Principes, niſi de his expreſſe dictum ſit, talis enim derogatio poteſt eſſe periculo eccleſiæ; & ita diſponitur per ſupradictam Regulam Cancellariæ Apoſtolicæ. tradit Flamin. Pariſius de reſignat. beneficiorum. par. 1. libro 2. quæſt. 4. num. 48.

18 Item ſciendum † eſt, in permutationibus beneficiorum factis in Curia oportere in eis facere expreſſam mentionem iuriſpatronatus laicorum. Lapus allegat. 96. Et quamuis in dubio non
19 præſumatur facta † derogatio iuripatronatus laicorum, tamen id non procedit, quando conſtet de certa ſcientia Papæ ſcientis beneficium eſſe de iurepatron. laicorum, tunc enim cenſetur derogatum dicto iuripatronat. Rot. Rom. deciſ. 27. de reſcript. in nouis. Et in litteris, in
20 quibus † agitur de derogatione iuriſpatronatus clericorum, non eſt neceſſaria expreſſio dicti iuriſp. Rot. Rom. deciſ. 8. de iurepatronatus in antiquis. Item præſumitur
21 facta † derogatio quando Papa diſponit de beneficio proxime
22 vacaturo. Et ſi † adſint patroni alicuius beneficij non exiſtentes in quaſi poſſeſſione præſentandi, & alij tantum exiſtentes in prædicta quaſi poſſeſſione, licet non ſint patroni, de his tantum exiſtentibus in quaſi poſſeſſione in literis mentio eſt fa-
23 cienda. Item † ſciendum eſt, quod ſi poſt impetrationem factam de beneficio iuriſpat. abſque mentione iuriſpatron. patroni id ſcientes per quadrimeſtre taceant, collatio conualidatur. Cardinal. in

Cle-

Clementin. 1. de ſupplend. negligen. Prælat. & de his omnibus vide Felin. vbi ſupra, & Lambertin. vbi ſupra articulo 3. & ſequentibus, vſque ad art. 26.

CAPVT TERTIVM.

Quando patroni ex conuentione alternatim præſentant, cui cenſeatur præiudicatum per Papæ derogationem.

SVMMARIVM.

1 *Derogatio Papæ præiudicat patrono, ad quem illa vice ſpectabat præſentatio, ſi inter patronos ſeruetur alternatiua.*

2 *Idem eſt, ſi Papa mandet prouideri de beneficio ſpectante ad præſentationem talis.*

3 *Derogatio iuriſpatronatus Collegij ſit cum mentione Collegij.*

1 STante conuentione † inter compatronos, quod alternis vicibus præſentent, ſi Papa deroget expreſſe iuripatronatus pro vna vice, cenſetur derogatum, & præiudicatum illi patrono tantum, ad quem pro illa vice ſpectabat præſentatio, adeo vt in alia prima vacatione ad alterum patronum ſpectabit præſentatio. Ioan. de Anan. conſ. 43. & facit text. in cap. mandatum, in cap. litteris, & in c. Abbatem de reſcript. Rocch. de Curte de iurepatr. in verbo, ius. q. 6. col. 2. Lamb. de iurep. li. 2. par. 3. q. 9. ar. 26

2 Similiter † ſi Papa mandet prouideri alicui de beneficio ſpectante ad præſentationem talis, qui debet præſentare de conſenſu aliorum, includitur ſub tali mandato. Io. And. in cap. cum in illis. §. vltim. de præben. lib. 6. Et in dero-

3 gatione † iuriſpatronat. perti-

tinentis ad Collegium non ſufficit fieri mentionem de perſonis ſingularibus Collegij: Sed fieri debet mentio per verbum collectiuum. vide Lamb. vbi ſupra artic. 34.

CAPVT QVARTVM.

Quando ſoleat, & in quibus caſibus Summus Pontifex derogare iuripatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Derogationes conceduntur ex cauſis vrgentiſſimis.*
2 *Derogatio conceditur quando beneficia vacant in Curia.*
3 *Niſi eſſet iuſpatronatus Regum, Ducum, &c.*
4 *Derogatio conceditur quando iuſpatronatus eſt mixtum.*
5 *Item quando iuſpatronatus competit ex priuilegio, præſcriptione, ſeu conſuetudine.*
6 *Item ſi ſit beneficium litigioſum.*
7 *Derogatio aliquando fit pro duabus tertijs partibus.*
8 *Derogatio conceditur pro medietate quando quis fuit præſentatus a medietate patronorum.*
9 *Derogatio conceditur compatrono.*
10 *Derogatio conceditur Epiſcopo promoto circa beneficia prius obtenta.*
11 *Clauſula, dummodo accedat conſenſus patronorum, quid denotet.*
12 *Derogatio habet clauſulam pro hac vice tantum.*
13 *Derogatione obtenta debet probari beneficium eſſe de iurepatronatus.*

1 Svmmus † Pontifex non ſolet concedere derogationes iuriſpatronatus niſi ex cauſis vrgentiſſimis, quæ ſunt plures, quarum

2 Prima † eſt, quoties beneficium iuriſpatronatus vacat in Curia; nam tunc Papa conſueuit derogare, cap. 2. de

de præben. lib. 6. tradit Staffil. de lit. grat. & iuſt. fol. 54. col. 1. Mandoſius in tractatu de ſignat. grat. in verbo derogationes iuriſpatronatus. Sarnen. de triènn. poſſeſſion. quæſt. 31. numer. 19. Quod
3 non procedit † in iurepatr. Regum, Ducum, Marchionum, ſiue aliorum Principum, vt dictum eſt in præcedenti cap. Couarr. practic. quæſt. cap. 36. num. 4. quamuis Pariſius in loco proxime citando dicat illud procedere in praxi quo ad Reges tantum.

4 Secunda † cauſa, quoties iuſpatronatus eſt mixtum clericorum, & laicorum, quia tunc derogatio conceditur in totum. Mandoſius vbi ſupra col. 2. in fine, & ita communiter eſt receptum, & in praxi ſeruatur.

5 Tertia † cauſa, quando iuſpatronatus competit ex priuilegio, præſcriptione, aut conſuetudine. Nam tunc de facili derogatur in totum, tum & abſque derogatione receptum ſit valere collationem. Caſſador. deciſ. 4. & deciſ. vlt. de iurepatronatus, & deciſ. 4. de probat. & eſt communis opinio, teſte Lambertino de iurepatr. libr. 2. par. 3. quæſt. 9. artic. 25. & quæſt. 8. art. 3.

6 Quarta † cauſa, quoties beneficium erat apud Curiam Romanam litigioſum. Caſſador. deciſ. 3. vt lite penden. Sarnen. in regula de impetr. benefic. per ob. famil. Card. quæſt. 8. num. 7. Couarr. vbi ſupra num. 7. & 8.

7 Quinta † cauſa eſt, ex qua ſolet derogari iuripatronat. laicorum ex aliquo fauore pro duabus tertijs. Mandoſ. vbi ſupra col. 3.

8 Sexta cauſa † eſt quando quis fuit à medietate patronorũ præſentatus. Nam tunc derogatur pro alia medietate, & ita communiter, & in praxi ſeruatur: & hæc eſt magis frequens derogatio, & per eam multæ lites tolluntur, & celeriter beneficio prouidetur.

9 Septima †, quando Orator eſt vnus ex patronis, tunc conceditur derogatio. Mandoſ. vbi ſupra colum. 3. verſic. quæro.

10 Octaua † cauſa eſt in retentione beneficiorum in fauorem promoti ad Epiſcopatum,

tum, & ſit mentio beneficium eſſe iuriſpatronatus. Et ſcien-
11 dum † eſt, quod quando beneficium confertur cum clauſula, dummodo accedat patronorum conſenſus, requiritur expreſſus conſenſus, & non ſufficit tacitus inductus ex lapſu quatuor menſium.
12 Et in tali derogatione † in praxi ſolet ſeruari, vt dicatur pro hac vice tantum. Couarr. dicto cap. 36. Et ſi
13 dictum ſit, & narratum † beneficium eſſe de iurepatronatus, vt obtineatur derogatio, debet is, qui obtinuit probare dictum beneficium eſſe iuriſpatronatus; alias impetratio eſt nulla, teſte Puteo Deciſ. 120. lib. 2. Rot. Rom. vide de his omnibus late Flamin. Pariſ. de reſignatio. benefic. lib. 2. quæſt. quarta, num. 43. vſque ad finem, & Rebuff. in ſua praxi beneficiaria in tertia parte ſignaturæ, in verſiculo necnon iuripatronatus.

CAPVT QVINTVM.

Quomodo expediatur præſentatio, quæ fit per patronos regulares ad eccleſiam parochialem.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio, quæ fit à regularibus de clerico ſæculari ad parochialem eccleſiam, quomodo fiat.*
2 *Ordinarius tunc debet regularibus tempus dare ad conſignandum certum reditum præſentato.*
3 *Vel inferior, ad quem ſpectat inſtitutio.*
4 *Si inſtitutio fiat ſine dicta aſſignatione, valet.*
5 *Si dicta aſſignatio non fiat intra dictum tempus, ordinarius poteſt dictum reditum aſſignare.*
6 *Si in dicta aſſignatione modus excedatur, appellari*

ri poteſt.

7 *Aſſignatio prædicta fieri debet ſuper poſſeſſionibus dictæ eccleſiæ.*

8 *Taxatio tunc ea fieri debet, qua clericus poſſit viuere.*

9 *Epiſcopo debentur procuratio, cathedraticum, ſiue ſynodaticum.*

10 *Centum aurei pro parocho ſufficiunt annui.*

11 *Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. de reform. cap. 13.*

12 *Aſſignatio prædicta fieri debet cauſa cognita.*

13 *De derogatione iuriſpatronatus regularium.*

1 NVnc videamus † de expeditione præſentationis, quæ fit per Religioſos regulares, qui ſunt patroni eccleſiaſtici, de aliquo clerico ad eccleſiam parochialem ſecundum text. in cap. de monachis. de præben. & in Clement. prima, de iurepatronat. & ibi Cardin. Rocch. de Curte. de iurepatronat. in verbo onerosum. quæſt. ſexta. Paul. de Citad. de iurepatronat. par. ſexta quæſt. 45. quo
2 caſu † Ordinarius taliter præſentantibus, vel eorum procuratori debet præfigere tempus, intra quod dicti præſentantes aſſignent dicto præſentato cõgruam reddituum portionem pro ſui ſuſtentatione. dicta Clementina pri-
3 ma. Et ſi † inſtitutio ſpectaret ad inferiorem, is inferior debet recurrere ad Epiſcopum, vt eis dictum terminum ſtatuat ad dictam aſsignationem faciendam. dicta Clementina prima, in
4 principio. Si vero † Ordinarius inſtituat abſque dicta aſsignatione, tenet inſtitutio. gloſſ. in dicta Clementina prima, in verbo inhibentes.
5 quod ſi per † eos intra dictum terminum non fiat talis aſsignatio, Diœceſanus poteſt congruam reddituum aſsignare portionem dicto præſentato. dicta Clementina prima, & ibi gloſſ. in verbo deuoluatur: idq; poteſt facere, & ante, & poſt inſtitutio-
6 nem. Verum ſi † excedatur modus in dicta aſsignatione nimis onerando dictos Religioſos, poterunt appellare infra debitum tempus ad Superiorem Diœceſani, vt moderet dictam taxationem.
7 Et † talis aſsignatio debet fie-

ri in parte poſſeſsionum di-
ctæ eccleſiæ, ſi habeat poſſeſ-
ſiones, vel alios redditurus.
8 Et † talis taxatio ea facienda
eſt, qua clericus poſsit hone-
ſte viuere, & onera Epiſco-
palia ſoluere, de quibus in
cap. conquærente, & in cap.
dilectus. de offic. ordin. vt eſt
9 procuratio † annexa viſita-
tioni, & cathedraticum, ſiue
ſynodaticum. cap. cauendum
10. quæſt. 3.
10 Hodie † autem ſaltem cen
tum aureos parochiales ec-
cleſiæ annis ſingulis habere
debent, pro ſuſtentatione
11 Rectoris. Concil. † Trident.
Seſſ. 24. de reformat. cap. 13.
verſic. ad hæc. Et talis aſsi-
12 gnatio debet † fieri cauſa co-
gnita, ſed de plano: & de
his omnibus vide Cardin. in
dicta Clement. prima, quem
refert Lambertin. de iurepa-
tronat. lib. 2 par. 3. quæſt. 10.
per omnes articulos d. quæſt.
13 Et de huiuſmodi † deroga-
tione iuriſpatronatus, vide
Rebuff. in ſua praxi benefi-
ciaria in 3. par. ſignaturæ. in
verſic. nec non iurepatronat.

FINIS LIBRI DECIMIQVARTI.

LI-

LIBER DECIMVSQVINTVS

In quo continetur quomodo amittatur iuſpatronatus vere.

CAPVT PRIMVM.

Iuſpatronatus aliquando amittitur abſque delicto patroni.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus amittitur aliquando ſine delicto.*
2 *Iuſpatronatus amittitur diruta Eccleſia.*
3 *Item dote conſumpta.*
Redotans eccleſiam ſit patronus.
4 *Eccleſiam quis non reædificat, volente patrono reædificare.*
5 *Iuſpatronatus amittitur ſi Papa illud auferat.*
6 *Item amittitur per non vſum.*
7 *Niſi talis non vſus veniret, quia Eccleſia non vacauit*
8 *Iuſpatronatus amittitur, ſi donetur, vel cedatur.*
9 *Item amittitur per vnionem.*
10 *Praxis circa vnionem Eccleſiæ patronatæ cum Eccleſia libera.*

1 IVſpatronatus † amittitur, & patronus de eo priuatus remanet abſque delicto ſuo, ſeu culpa: quod pluribus modis contingere poteſt.
2 Primo † ergo modo patronus amittit iuſpatronatus, abſque ſuo delicto, videlicet ſi eccleſia deſtruatur, & ibi, vel alibi ab alio reædificetur; niſi reædificatio fieret ex cæmentis dirutæ eccleſiæ, quia tunc ratione fundi ambo erũt
3 patroni. Idem † ſi ſit dos con-

ſumpta, nam redotans efficitur patronus. Eſt tamen notandum, quod patronus non tenetur reficere, ſed reædificare eccleſiam, ſi vult iuſpatronatus de nouo acquirere; & qui tenetur ad eccleſię reparationem, tenetur etiã ad reparationem domus parochi: & ſi vnus ex patronis non concurrit in reædificatione, non acquiret iuſpatronatus, nec conſeruabit ius antiquum, ſed accreſcet compa-

4 tronis. Et volente † patrono dirutam eccleſiam reædificare, non admittitur extraneus ad reædificandum. Et de hoc modo vide Card. Tuſc. pract. concluſ. iur. littera I. concluſ. 620. num. 4.

5 Secundo, amittit † ſi Papa in totum auferat, vel ſupprimat iuſpatronatus, cum id habeat patronus ex gratia. c. 3. de iurepatronat. vide Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. colum. 14. de conſtitut.

6 Tertio, amittitur † iuſpatronatus, ſi eccleſia patronata acquiſiuit libertatem per nõ vſum præſentationis, quia patroni non præſentarunt. Abb. conſil. 106. vol. 2. col. penult. facit cap. de quarta, vbi Innoc. not. de præſcript. & tempus præſcriptionis ſufficiet illud, quod requiritur ad præſcribendum contra laicum: idem eſt ſi laicus contra laicum eccleſiæ patronatæ præſcribat iuſpatronatus.

7 Quod non † procedit, quando talis non vſus fuit, quia caſus vacationis non euenit etiam per centum annos, vel euenit, ſed Papa contulit derogando patronis. vide Firmanum in tract. de Epiſcopo par. 3. quæſt. 23. Vide Card. Tuſc. vbi ſupra. num. 6.

8 Quarto, amittitur † iuſpatronatus ſi patronus illud cedat, donet, ſeu renunciet alteri cum conſenſu Epiſcopi, vel ſi ipſimet eccleſiæ illud cedat. cap. vnico. de iurepatronat. lib. 6. de quibus modis transferendi, & ſic amittendi iuſpatronatus, dictum eſt ſupra pluribus in locis.

9 Quinto, amittitur † iuſpatronatus, ſi eccleſia patronata vniatur alteri eccleſiæ liberæ de patroni conſenſu.

10 Tamen † in praxi vidi ſeruari, quod quando eccleſia patronata vnitur eccleſiæ liberæ de conſenſu patroni, & facultates eccleſiarum vnitarum

rum ſunt æquales, pro vna vice confert Ordinarius, & pro alia vice præſentat patronus. ita contigit in Plebania ſanctæ Iuliæ de Caprona, Piſanæ Diœceſis, quæ eſt liberæ collationis, eiq; fuit annexa eccleſia ſancti Martini de Creſpignano dictæ Diœceſis, quæ eſt de iurepatronatus hæredum Domini Leonis de Cambinis, nam pro vna vice confert Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus Piſanus, pro alia vero vice præſentant Rectorem dicti hæredes, & ſic alternatim proceditur. & de his omnibus vide Lambertin. de iurepatronat. lib. 3. quæſt. 7. per omnes articulos dictæ quæſtionis.

CAPVT SECVNDVM.

Iuſpatronatus amittitur aliquando ex delicto patroni.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus amittitur aliquando ex delicto.*

2 *Vt ſi iuſpatronatus vendatur.*

3 *Vel ſi patronus labatur in hæreſim.*

4 *Seu ſi ſit receptator, ſeu defenſor hæreticorum, ſeu ſchiſmaticus, &c.*

5 *Vel ſit reus læſæ maieſtatis.*

6 *Vel proditor patriæ.*

7 *Vel ſi occidat rectorem ſui beneficij.*

8 *Patronus vtrum priuetur propter delictum iurepatronatus ab eccleſiaſtico, aut à ſeculari Iudice.*

9 *Iudex eccleſiaſticus poteſt propter delictum priuare patronum iurepatronatus.*

10 *Iudex vero ſæcularis id facere nequit.*

11 *Etiamſi cum publicatione bonorum includeret iuſpatronatus.*

12 *Et etiamſi publicet bona patroni ſine dicta incluſione* iu-

iuriſpatronatus, tunc enim Epiſcopus priuat patronum.
13 *Iuſpatronatus an tranſeat in fiſcum.*
14 *Praxis eſt, quod tranſeat.*
15 *Sententia amittitur iuſpatronatus.*
16 *Secus eſt, ſi ſententia eſſet lata in contumaciam.*

1 PAtronus † amittit iuſpatronatus ex ſuo delicto, idque pluribus modis accidit, &

2 Primo, ſi † iuſpatronatus vẽdat, quod vendi non poteſt. cap. de iure de iurepatronatus: tunc enim vendens illud amittit, & emens amittit prætium, quod datur ipſi eccleſiæ, & eccleſia remanet libera. cap. quia clerici. de iurepatronatus.

3 Secundo, ſi † patronus labatur in hæreſim. ad text. in cap. cum ſecundum. de hæret. lib. 6. cum ipſo facto tunc omnia eius bona eccleſiæ ſint applicata, & ſi reuertatur ad fidem, illud non recuperat. Abb. in cap. quia diligentia. de elect. Quod etiam † procedit in receptatoribus, & defenſoribus Hæreticorum, in Schiſmaticis, Apoſtatis, & excommunicatis inſordeſcentibus in excommunicatione maiori per annum.

5 Tertio, ſi † patronus committat crimen læſæ maieſtatis humanæ. Abb. in cap. cum laici, de iurepatronat. vbicumque enim procedit à iure, vel ab homine publicatio bonorum alicuius, eo caſu perdit etiam iuſpatronatus. Abb. in dicto cap. quia diligentia in fine.

6 Quarto, ſi patronus † ſit proditor patriæ, tunc enim priuatur iurepatronatus. ad ea, quæ dicuntur in Clemen. ne in agro. §. quia vero. de ſtatu monac.

7 Quinto, patronus † amittit iuſpatronatus, ſi ipſe, vel alius pro eo occidat Rectorem beneficij patronati. cap. in quibuſdam. §. ſacri de pœnis: niſi patronus id faceret ad ſui defenſionem vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt per gloſ. in dicto. §. ſacri. in verbo præſumpſerint, vel ſi aliter mortem euitare non poſſet. Clem. ſi furioſus de homicid.

8 Numquid autem † patronus propter delictum priuetur iurepatronatus, à Iudice eccle-

eccleſiaſtico, vel ſeculari; dubium eſt inter Doctor. Ideo pro maiori declaratione conſtituendi ſunt infraſcripti caſus.

9 Primus † eſt, quando Iudex Eccleſiaſticus procedit contra patronum ſuper priuatione iuriſpatronatus principaliter, & id facere poteſt. dicto cap. in quibuſdam: idem eſt ſi procederet contra patronum ſuper alio delicto, ſuper quo includitur etiam priuatio iuriſpatronatus.

10 Secundus eſt † caſus, quando Iudex laicus vult per ſuam ſententiam confiſcare tantum iuſpatronatus, & tunc huius Iudicis ſententia non tenet ſuper hoc. gloſſ. in cap. filijs 16. quæſt. 7. in verbo propinquis.

11 Tertius eſt caſus † quando Iudex laicus facit per ſuam ſententiam publicationem omnium bonorum patroni, cum ſpeciali mentione iuriſpatronatus, & tunc huiuſmodi ſententia non valet. Abb. in cap. quanto. columm. penult. de iudic.

12 Quartus eſt caſus †, quando Iudex laicus ob delictum patroni facit publicationem omnium bonorum eiuſdem ſine aliqua mentione iuriſpatronatus, & tunc non includitur iuſpatronatus, ſed Epiſcopus poteſt ſe informare ſummarie, & patronum priuare. ita procedit dictum Butrij in Clement. paſtoralis. de re iudic. & ex publicatione facta per Iudicem laicum ex delicto commiſſo à patrono cõtra eccleſiam, patronus remanet priuatus iurepatronatus, ex Iuris diſpoſitione, & eccleſia remanet libera.

13 Quintus, eſt caſus † quando Iudex laicus publicat omnia bona patroni propter eius delictum; & tunc ſimul cum Vniuerſitate publicata, in qua adeſt iuſpatronatus, an iuſpatronatus tranſeat in Fiſcum, vide Felin. in dicto cap. quanto num. 3. de Iu-
14 dic. Et in praxi † vidi in huiuſmodi caſu vna cum dicta Vniuerſitate tranſire iuſpatronatus in Fiſcum, qui Fiſcus adueniente vacatione vice patroni banniti, cuius fuerunt in Fiſcum incorporata omnia bona, præſentat Rectorem ad vacantia beneficia, & probatur dictum iuſpatronatus tanquam proue-

niens ex perſona dicti banniti.

15 Adnotandum eſt etiam, † quod per ſententiam Iudicis competẽtis eccleſiaſtici amittitur iuſpatronatus, vt quando lis ſit inter aliquos compatronos ſuper iurepatronatus alicuius beneficij, & factis legitimis probationibus Iudex pronunciet iuſpatronatus ad vnum pertinere, excluſo altero: talis excluſus remanet eo priuatus omnino. Se-

16 cus ſi † in contumaciam, vel non legitime citatus priuatus fuiſſet; quia tunc nulla eſt ſententia de quibus: vide Lambertin. de iurepatronat. lib. 3. quæſt. 8. per omnes articulos dictæ quæſt. & quod iuſpatronat. non tranſeat in Fiſcum in caſu ſupradicto, vide praxim Archiepiſcopalem Leonis in parte ſecunda. cap. 21. de iurepatron. num. 32. & 33.

CAPVT TERTIVM.

Iuſpatronatus amittitur ſi patronus ſe ingerat in perceptione fructuum beneficij patronati.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ſe ingerens in perceptione fructuum beneficij, cuius eſt patronus, perdit iuſpatronatus.*

2 *Concil. Tridentin. ſeſſione vigeſimaſecunda de reformat. cap. 11. & ſeſſione vigeſimaquinta de reformat. capitulo nono.*

3 *Præſentatus lite pendente, ſeu ante inſtitutionem ſe ingerens in recollectione fructuum beneficij cadit à iure ſuo.*

4 *Cap. auaritiæ. de electione libro 6. procedit in omnibus beneficijs.*

1 PAtronus † ſe ingerens in perceptione fructuum beneficij patronati, aut bona ipſius vſurpans, priuatus eſt ſta-

ſtatim iurepatronatus, & eſt excommunicatus. ita habetur
2 in Concil. Trident. † Seſſ. 22. cap. 11. de reformat. in verſ. quod ſi eiuſdem eccleſiæ, & Seſſ. 25. de reformat. cap. 9. in verſic. patroni autem beneficiorum. vide praxim Archiepiſcopalem Leonis par. 2 cap. 21. num. 31. de iurepa-
3 tronat. Præſentatus † autem lite pendente, ſeu ante inſtitutionem ingerens ſe in recollectione fructuum beneficij, ad quod fuit præſentatus cadit à iure ſuo, & tribuitur collitiganti. Clement. vnica. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Rebuff. in ſua praxi beneficiaria de ſubrogationibus nu. 8. Quaranta in ſumma Bullarij, in verbo beneficiorum poſſeſſio, & Creſcent. Deciſ. 6. de iurepatronat. qui concludunt
4 text. † in cap. auaritiæ, de elect. lib. 6. procedere etiam in omnibus beneficijs: & ideo ſi præſentatus ſe ingerat per ſe, vel per alium in totum, vel in partem, ipſo iure amittit ius petendi inſtitutionem. Cardin. Seraſin. Deciſ. 598. & 1238. num. 9. & Cardin. Mantica Deciſ. 261.

CAPVT QVARTVM.

Clericus beneficiatus ad quid teneatur reſpectu beneficij duntaxat.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Beneficiatus ad tria tenetur.*

2 *Idem tenetur incedere in habitu, & tonſura clericali.*

3 *Concil. Trdent. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.*

4 *Conſtitutio Sixti V. de habitu, & tonſura clericorum.*

5 *Clericus non punitur ſi ex iuſto timore non deferat habitum.*

6 *Vel propter paupertatem.*

7 *Vel ſi vnica vice tantum.*

8 *Vel propter infirmitatem.*

9 *Habitus clericalis quis ſit.*

10 *Ha-*

10 *Habitus clericalis determinatus non reperitur.*
11 *Habitus clericalis eſt ex vſu.*
12 *Clericus ratione beneficij tenetur quotidie recitare Diuinum Officium.*
13 *Beneficium datur propter officium.*
14 *Cauſæ excuſantes à recitatione officij.*
15 *Clericus ratione beneficij tenetur reſidere.*
16 *Concil. Tridentin. ſeſſione ſexta de reformat. capitulo 1. & 2. & ſeſſione vigeſimatertia de reformat. capit. 1. & ſeſſione vigeſimaquarta de reformat. cap. 12.*
17 *Cauſæ excuſantes à reſidentia.*
18 *Reſidere eſt deſeruire.*
19 *Beneficiatus clericus tenetur recitare Officium iuxta conſuetudinem ſuæ Diœceſis.*
20 *Clericus tenetur clericalem vitam, & honeſtatem ſeruare.*

1 CLericus † Beneficiatus ratione beneficij ad tria tenetur, nempe ad habitum clericalem deferendum, ad Diuinum officium perſoluendum, & ad reſidendum, ſeu inſeruiendum beneficio.

2 Primo, ergo † clericus beneficiatus tenetur in clericali habitu, & tonſura incedere, ſicuti etiam tenetur clericus in ſacris ordinibus conſtitu-
3 tus: ita habetur in Concil. † Trident. Seſſ. 23. de reformat.
4 cap. 6. Hodie † inſuper extat conſtitutio Sixti Quinti de habitu, & tonſura per clericos, ſeu milites beneficia, vel penſiones obtinentes deferẽdis, & de pœnis contra inobedientes inflictis, publicata Romæ die 18. Ianuarij 1589. incipiente, cum Sacroſancta, quam refert Quarãta in ſumma Bullarij in verbo habitus clericalis in principio. Quod
5 non † procederet ſi clericus ex iuſta cauſa timoris clericalem habitum non deferret. cap. clerici. de vita, & honeſt.
6 cleric. vel ſi non deferret † ratione paupertatis. Imola in Clement. 2. num. 9. de vita,
7 & honeſt. cleric. Vel ſi † non deferret pro vnica vice tantum. Farinac. pract. crim. in tit. de inquiſit. quæſt. 8. nu. 68
8 Vel ſi non † poſſet propter infirmitatem tonſuram deferre. Cappell. Tholoſan. Deciſ. 104.

9 Du-

9 Dubium tamen † eſt, quæ veſtes ſint clericis congruentes, & vere clericales, cum in dicta Conſtitutione Sixti Quinti nil aliud habeatur, niſi vt veſtes ſint talares: de qualitate autem illarum nec per illam conſtitutionem, neque per alia iura nihil ſtatutum reperitur. Et quod † clerici ſeculares non habeant certum, & determinatum habitum, teſtatur gloſ. notabilis in clem. 1. in fine. de elect. interdicitur tamen clericis certarum veſtium vſus. dicto cap. clerici, & dicta clem. 2. Menoch de arbitr. iud. libro 2. centuria 4. caſu 393. Diaz in ſua praxi criminali canonica cap. 75. Ideo-
11 que † in hoc caſu dicendum eſt pro reſolutione, quod illæ ſint clericales veſtes, & honeſtæ, quæ vſu, & conſuetudine illius Regionis, ſeu Prouinciæ vbi commorantur, admiſſæ fuerint. gloſ. in c. ſi quis virorum. diſtin. 30. & in dicto cap. clerici. in verbo, deauratis. late probat Couar. pract. quæſt. cap. 32. num. 7. Iulius Clarus in practica criminali q. 36. num. 11. & attendenda eſt conſuetudo clericorum tantum. Farinac. vbi ſupra. num. 69. & vide Quarantam, vbi ſupra in additio.

12 Secundo, tenetur † Clericus Beneficiatus ratione beneficij recitare quotidie Diuinum Officium, ideſt ſeptem horas Canonicas; & ſi eas non recitet legitimo impedimento ceſſante, fructus beneficij non facit ſuos pro rata omiſſi Officij, & temporis, ſed eos tamquam iniuſte perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum, vel pauperum elemoſinas erogare
13 tenetur: cum propter † Officium detur beneficium. ita habetur in conſtitutione Leonis decimi relata per Quarantam in Summa Bullarij in verbo horæ canonicæ, & extat alia conſtitutio Pij V. edita die 12. Octobris 1571. relata per Quarantam ibidem, ad quarum declarationem vide Domin. à Soto de iuſt. & iur. lib. 10. quæſt. 5. artic. 6. & Nauarrum in ſuo manuali cap. 25. num. 122. & ſequentibus, & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 2. caſu 429. vide Cardinal. Tolet. in Summa lib. 2. cap. 12. & Henriquez in Summa

libr.

libr. 13. de excommunicat. cap. 13. num. 2. & eumdem Nauarrum de oratione, & horis canonicis cap. 7. n. 31.

14 Et de cauſis † excuſantibus ab officio perſoluendo, & de tempore horarum canonicarum, vide Marcellum Francolinum præsbiterum, & Doctorem Bodianum, & Carolum Macingum in ſuo tractatu. de horis canonicis.

15 Tertio tenetur † clericus beneficiatus ratione beneficij reſidere: & contra non reſidentes ſeruatur diſpoſitio ſacrorum canonum, vt in tit. de clericis non reſident.

16 & in Concil. Trident. † ſeſſ. 6. de reformat. cap. 1. & 2. & ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. & ſeſſ. 24. de reformation. cap. 12. & ſuper reſidentia facienda per obtinentes parochiales Canonicatus, aut dignitates, ſeu aliud beneficium, extat conſtitutio Pij Quinti publicata Romæ die 15. Iunij 1568. relata à Quaranta in Summa Bullarij in verbo reſidentia in principio.

17 Quæ vero † ſint iuſtæ cauſæ excuſantes à perſonali reſidentia, & ex quibus licitum ſit per ſubſtitutum deſeruire, plures enumerantur per Ioan. de Silua in ſuo tractatu de beneficijs par. 4. quæſt. 6. & Hoiedam in ſuo tractatu de beneficiorum compatibilitate, & incompatibilitat. p. 1. cap. 17. & vide Quarantam in dicto verbo reſiden-

18 tia. Et cum † reſidere ſit deſeruire, ſi beneficium non requirat perſonalem reſidentiam, tenetur attamen ſaltem clericus beneficiatus deſeruire beneficio ſuo celebrando ſingulis annis feſtum Sancti illius, cuius titulo beneficium decoratur, & cætera onera à fundatore in fundatione appoſita perſoluere, & adimplere.

19 Ergo clericus † beneficiatus tenetur recitare Diuinum Officium iuxta conſuetudinem Diocæſis, in qua commoratur, & beneficium habet. Item tenetur deferre habitum clericalem, qui hodie ex communi vſu eſt veſtis talaris nigri coloris non alterius, niſi aliud ſuadeat perſonæ dignitas. Et demum reſidere in beneficio, & deſeruire; cæteraque ad clericalem vitam, decorem, & hone-

20 honeſtatem † pertinentia ad vnguem ſeruare, & alijs ſit exemplum viuens bonorum operum, & doctrinæ, vt de illo merito illud affirmari poſſit, Chriſti bonus odor eſt in omni loco.

ET ex his concluditur Praxis Iuriſpatronatus ad communem vtilitatem, & commodiorem vſum collecta, ad laudem, & gloriam Sanctiſſimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, & Glorioſiſſimæ Mariæ ſemper Virginis Reginæ Cælorum, & Patroni mei Sancti Petri Apoſtolorum Principis, & Sanctæ Eccleſiæ Doctorum, Sancti Ioannis Chryſoſtomi, Sancti Thomæ de Aquino, & Sancti Bonauenturæ, & Sancti Franciſci, & Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris, totiuſque Curiæ triumphantis. Amen.

F I N I S.

AVTHORES, QVI IN HOC OPERE CITANTVR.

Abbas.
Alexander.
Antonius de Butrio.
Archidiaconus.
Aretinus.
Authenticæ conſtitutitones.
Baldus.
Barbatius.
Bartolus.
D. Bernardus
Bullarium.
Calderinus.
Cappella Tholoſana.
Cardinalis.
Card. Mantica.
Card. Seraphinus.
Card. Tolet.
Card. Tuſcus.
Card. Hoſtienſis.
Caſſadorus.
Carolus Macingus.
Cephalus.
Clementinæ.
Codex.
Conc. Trid.
Couarruuias.
Decanus Mazzolius.
Deciſ. Rotæ Rom. antiquæ, nouæ, & nouiſſ.
Deciſ. Verall.
Deciſ. Creſcentij.
Deciſ. Farinacij.
Decius.
Decretum.
Decretalis.
Diaz.
Digeſta.
Dinus.
Doctor Marta.
Dominic. à S. Geminiano.
Dominicus à Soto.
Farinacius.
Federicus de Senis.
Felinus.
Firmanus.
Flaminius Parſius.
Francus.
Geminianus.
Gloſſa.
Gomeſius.
Hoieda.
Henriquez.
Hoſtienſis.
Iaſon.
Imola.
Innocentius.
Inſtitutiones iuris ciuilis.
Ioannes Andreæ.

Io.

Io. de Anania.
Io. Calderinus.
Io. de Silua.
Iulius Clarus.
Lapus.
Ludouicus Romanus.
Lambertinus.
Mandoſius.
Marius Antoninus.
Marcellus.
Marta.
Maſcardus.
Menochius.
Marcus Antonius Peregrinus.
Mohedanus.
Nauarrus.
Oldradus.
Paulus de Citadinis.
Paulus de Caſtro.
Pariſius.
Petrus de Ancharano.
Philippus Francus.
Praxis beneficiaria.
Praxis Neapolit. Archiep.
Praxis Archiep. Leonis.
Præpoſitus.
Puteus.
Quaranta.
Rebuffus.
Regulæ Cancellariæ.
Rocchus de Curte.
Rot. Rom.
Sbrozzius.
Sextus decretalium.
Summa Bullarij.
Surdus.
Staphileus.
Speculator.
Silueſter.
Tiraquellus.
D. Thomas de Aquino.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS
Materiarum
PRAXIS IVRISPATRONATVS
Ordine Alphabetico digeſtus.

A

ABBAS cum Capituli conſenſu præſtare debet. libro 5. cap. 2. num. 17.
Abbas habens Eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas habet etiam in eis ius inſtituendi. lib. 12. cap. 3. n. 14.
Abbatiſſa eligitur per ſcrutinium. lib. 5. cap. 5. num. 6.
Abbatiſſæ officium expirat triennio. ibidem num. 8.
Abbatiſſa debet benedici. ibidem num. 10.
Abſens notus præſentatus debet intra debitum tempus conſentire, & acceptare. lib. 8. cap. 8. num. 17.
Acceptio perſonarum nõ eſt apud Deum. lib. 6. cap. 6. num. 2.
Actio confeſſoria, & negatoria an directa, vel vtilis competat patronis. lib. 8. cap. 5. num. 2.
Actio directa eis competit. ibi nu. 3. & author de his dixit. ibidem num. 4.
Actus factus contra proprium iuramentum quando valeat. li. 10. cap. 2. num. 4.
Actus fieri ſoliti in apprehenſione poſſeſſionis. libro 13. cap. 2. num. 5.
Actus voluntarij quolibet die fieri poſſunt. lib. 8. cap. 1. num. 6.
Adminiſtratio perpetua quid ſit. lib. 5. cap 5. num. 13.
Adulter non poteſt ad beneficia præſentari. lib. 6. cap. 9. n. 16.
Aduerſarius certus debet nominatim citari. lib. 9. cap. 5. num. 12.
Aliquando proceditur per viam Euangelicæ denunciationis. libro

bro 11. cap. 12. num. 11.

Annus cęptus habetur pro completo in fauorabilibus. libro 6. cap. 7. num. 4.

Ambitioſus non poteſt ad beneficia præſentari. libro 6. cap. 9. num. 18.

Apoſtata non poteſt præſentari. ibid. num. 16.

Apoſtaſia quæ dicatur. ibidem.

Appellari poteſt à ſententia inſtitutionis. lib. 11. cap. 12. num. 8.

Archiepiſcopus poteſt præfigere tempus Epiſcopo ſuffraganeo habenti inſtituere. lib. 12. cap. 6. num. 4.

Abſens poteſt conſtituere procuratorem ad vacatura. lib. 5. capitulo 4. num. 6.

Antiani electi à populo vice populi præſentant. libro 8. cap. 2. num. 15.

B

Beneficium ſi de iure vacet, patronus alium præſentare poteſt. lib. 5. cap. 6. num. 8.

Beneficia patronata vacant per promotionem Rectoris ad Epiſcopatum. ibid. num. 14.

Niſi talis promotus ea ex diſpenſatione retineat. ibid. num. 15.

Beneficium primum vacat per aſſecutionem ſecundi incompatibilis. ibidem num. 16.

Beneficia vacantia in curia ſunt reſeruata. ibidem num. 21.

Etiam ſi ſint iuriſpatronatus. ibidem num. 22.

Beneficia diœceſis ſi ex Papæ priuilegio ſint concedenda diœceſanis, etiam patronata comprehenduntur. lib. 6. cap. 6. num. 6.

Beneficium ſacerdotale eſt, quando Rector tenetur Miſſam celebrare. lib. 6. cap. 7. num. 7.

Beneficium non eſt ſacerdotale, ſi in fundatione dicatur, quod Miſſa celebretur. ibidem n. 8.

Beneficium ſacerdotale eſt, quando Rector per ſe ipſum tenetur Miſſam celebrare. ibidem n. 10.

Beneficium ſacerdotale ex curſu longiſſimi temporis fit non ſacerdotale. ibidem num. 12.

Beneficium abſenti conferri poteſt lib. 6. cap. 11. num. 6.

Beneficio de accepto tenetur quis gratias agere. libro 8. cap. 8. num. 17.

Beneficium ſi ſit mixtum, & in concordia ſit facta præſentatio, tenet etiamſi laicus poſtea variet. lib. 10. cap. 1. numer. 17.

Beneficialis cauſæ cognitio ſi alicui committatur, eſt etiam commiſſa collatio; & inſtitutio. lib 12. cap. 2. num. 9.

Beneficium collatum tamquam deuolutum, cum non eſſet, nulliter eſt collatum. lib. 12. cap. 5. num. 6.

